A. COOPMANS
SPECIMEN MEDICUM
INAUGURALE,
DE
VARIOLIS VACCINIS.

——— ——— ——— This is art
Wich does mend Nature, change it rather; but
The art itſelf is Nature.

W I N T E R 'S *Tale.*

(Cowpock's Report.)

SPECIMEN MEDICUM
INAUGURALE
DE
VARIOLIS VACCINIS,

QUOD,

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

Ex Auctoritate RECTORIS MAGNIFICI,

J. H. REGENBOGEN,

S. S. Theol. Doct. Ejusdemque Facultatis, ut et Hist. Eccles. et Exeg. Bibl. Prof. Ordin.

NEC NON

AMPLISSIMI *SENATUS ACADEMICI* CONSENSU,

ET

NOBILISSIMAE *FACULTATIS MEDICAE* DECRETO,

PRO GRADU DOCTORATUS,

SUMMISQUE IN MEDICINA HONORIBUS AC PRIVILEGIIS RITE CONSEQUENDIS,

Eruditorum Examini Submittit,

ALBERTUS COOPMANS,

Bolswardia - Frisius.

Ad diem XXVII *Febr.* CIƆIƆCCCIV. *H. L. Q. S.*

WORCUMI FRISIORUM,

Typis If. Verweij expresfum,

CIƆIƆCCCIV.

Viro Illustri

DANIELI BONIFACIO

VAN DER HAER,

J. U. D. CAMPES NIEUWLANDIAE

DOMINO, ETC.

Literarum artiumque Patrono

dignisſimo,

hocce Opusculum

D. D. D

AUCTOR.

PRAEFATIO.

Quicunque Artium atque Doctrinarum progressum consideraverit, Medicinam omnibus fere antecedere percipiet, et inventorum, nuperiori seculo praestitorum, numerum, inprimis admirabitur. —— Inter omnia autem, quae ad humani generis salutem, nostris temporibus, sunt excogitata atque inventa, nihil mihi videtur, majus toto generi humano attulisse commodum, quam Variolarum Vaccinarum *Insitio; cumque ex more recepto, pro gradu Doctoratus Specimen quoddam eruditionis esset edendum, haec mihi magnopere arrisit materia, et quidem eo magis, quod nisi fallor, unica tantum de hac re dissertatio Academica in nostra Patria proftet, a Doct.* Tellegen *ante triennium Groningae conscripta.*

Praecipua, quae de hacce materia dicenda sunt, in hocce Opusculo colligere, intime optaveram; non autem me fugit, multa diligentius enucleanda superesse, quae relinquere, virium defectus omnino suadebant.

Si

Si quis etiam puram elegantemque in hoc Libello quaerat dictionem, certisſime operam perdet; hoc autem materiei tractandae, technicis qui dicuntur terminis, utut rudibus et inpropriis explicandae tribuat, inprimis tamen eo referat, quod in Germania atque Anglia, postquam in Patria ſtudiorum curriculum inceperam, aliquot annos degerim, et Virorum in Arte celebrium Lectionibus propria lingua traditis adfuerim, iisque, quod gratus recordor, familiariter uti contigerit.

Specimen nostrum, ut ordine quodammodo procederet, in IX *dividimus Capita;* I. *Variolarum Vaccinarum exhibet Historiam.* II. *agit* de Disſenſione Medicorum *de Variolis Vaccinis.* III. *de Variis inoculandi Methodis.* IV. *de Materia Vaccina, ejusque Conſervatione.* V. *de Iis, quae circa inſitionem obſervanda ſunt.* VI. *de Variolarum Vaccinarum decurſu, ſymptomatibus, eorumque Curatione.* VII. *de Variolarum Vaccinarum praeſtantia.* VIII. *de Variolarum Vaccinarum contra alios Morbos Effectu.* IX. *de Variolis Caprinis et Inſitione aliorum Animalium cum Materia Vaccina.*

SPE-

SPECIMEN MEDICUM
INAUGURALE
DE
VARIOLIS VACCINIS.

CAPUT I.

Variolarum Vaccinarum Historia.

§. I. Quod de pluribus inventis, deque varia Morborum curatione, historice ſpectata, in genere verum est, in obſcuritate ſcilicet illorum originem jacere, neque, quis primus hasce detexerit, certo determinari poſſe, non adeo de Variolis Vaccinis, eorumque contra *Variolas Humanas* prophylactica dote, valet; nupero autem ſeculo, nostrisque diebus, celebre

illud inventum, cui nullum in Arte Medica aequiparandum est, deberi nullus dubito. Etenim quod de Variolarum Vaccinarum antiquitate nonnulli ſomniaverunt (*a*) nimis infirmo nititur talo, vel ſi veri ſpeciem prae ſe ferat huc non pertinet.

§. II. Licet jam ante plures annos Variolae Vaccinae, Anglis, rusticis praeſertim, in Glouchestershire & Devonshire, nonnullisque Medicinae practicis (*b*) innotuerunt; licet etiam

---

(*a*) Est qui *Variolas Vaccinas* jam Seculo VI. inventas affirmat (vid. *Neuen Deutſchen Mercur* 1801 4. St.) cum Episcopus Lauſannae in chronicis ſequentia habeat „ hoc anno (570) morbus Validus, cum profluvio „ ventris et variola, Italiam Galliamque valde afflixit, „ et animalia *bubula* per ea loca maxime interie- „ runt." Certe autem hic non noſter erat morbus Varioloſus. Monachus etiam aliquis in Bavaria contra *Variolas Vaccinas* concionabatur, quoniam ſe illas in Joannis *Apocalypſi* invenisſe ſuspicabatur Vid. Hecker *die Pokken ſindt ausgerottet!* Erfurt 1802. 2. Abth.

(*b*) Vid. *The Report on the cowpock inoculation, from the practice at the vaccine pock inſtitution during the Years* 1800—1801—1802 *London* 1803 pag. 2.

Doct. quoque Friedländer Scripſit Dri. Dohmcier. „ Cum hebdomade praeterlapſa (1801) in „ Windſör esſem, percepi a Domino Nasch (cujus „ pa-

etiam in aliis Europae Regionibus, in Holſatia, Brandenburgia, Boruscia, Lombardia (*c*) quin & nostra in Patria, in Friſia (*d*) rustici eorumque famuli aliquando ſe Variolas Vaccinas pasſos fuisſe, iisque a *Variolis Humanis* immunes manſisſe cognoverint; tamen Viro Doct. EDUARDO JENNER immortalis gloria competit, inſitionem Variolarum Vaccinarum contra *Variolas Humanas* prophylaxin magis univerſaliter fuisſe habitam atque per totam fere Terrarum orbem, quam citisſime, disperſam (*e*).

§. III.

„ pater Chirurgus erat in Devonſhire) ſeſe a patre ſuo cum materia Vaccina inoculatum fuisſe, jam ante „ 19 annos, qui et plures alios inoculaverat, atque „ ibi diu vim praeſervativam contra Variolas vul„ gares notam esſe." Vid. Hufeland's *Journ. der pract. Heilk.* XIII. Band. 3. St.

(*c*) Dr. Nisſen de hac re multa obſervavit et Helwag obſervationes illius cum aliis communicavit. Vid. *Nordisch Archiv für Natur und Artzneiwisſenſchaft herausgegeben von Prof.* Pfaff und *Dr.* Scheel. I. Band 3. St. Kopenhagen 1801. ſ. 383—446.

(*d*) Nimirum post longas multasque inquiſitiones Cel. Mulder detexit indubitata hujus rei exempla praeſertim in Bolsvardiae Vicinio obſervata.

(*e*) Priusquam Doct. Jenner inquiſitiones ſuas in lu-

§. III. Anno 1798, menſe Junii Doct. JENNER primum ſuas inquiſitiones in lucem edidit et evulgavit, quibus cauſae et effectus hujus morbi Vaccini innotuerunt, ejusque decurſus fuit expoſitus et Iconibus ad vivum coloratis illuſtratus (*f*). — Hocce opusculo nec non alio, quod paulo post prodiit (*g*), multi Medici, cum in Anglia, tum in aliis Regionibus, impellebantur, ut Variolas Vaccinas inſitione Hominibus communicarent, adeoque num Morbum mitisſimum excitando, funestum utique Malum certo profligare posſent, propriis periculis experirentur.

Igitur eodem adhuc anno 1798 Medici bene multi, praeter modo memoratum JENNERUM, ſci-

cem edidit tria invenimus Anglorum ſcripta in quibus *Variolae Vaccinae* memorantur; Woodville *on inoculation*, Adams *on morbid poiſon*, et Beddoes *translation of* Gimbernat 1795. Sed omnia, quae in hisce ſcriptis continentur, adhuc obſcura ſunt et indefinita.

(*f*) Vid. *An Inquiry into the cauſes and effects of the Variolae Vaccinae, a diſeaſe in Some of the Westeren counties of England, particularly Glouchestersbire, and Known by the name of Cowpox. by* Edward Jenner 4*to*. London 1798. with 4 Col. plates.

(*g*) *Further Obſervations on the Variolae Vaccinae or Cowpox by* E. Jenner, London 4*to*.

ſcilicet Doct. G. PEARSON (*h*) W. WOODVILLE (*i*) C. R. AIKIN, HENRY JENNER (Eduardi e fratre cognatus) aliique in Anglia de hac re bene meruerunt et anno inſequen-

(*h*) Vid. *An inquiry concerning the Historie of the Cow-pox principally with a View to ſuperſede and extinguish the Small-pox by* George Pearſon M. D. London 1798. — Idem praeterea edidit, *A letter on the effects of inoculating the Vaccine diſeaſe;* hae litterae inveniuntur *in the London Medic. Review and Magazine.* Vol. I, N. II. April 1799. pag. 201. *A ſtatement of the praegreſſ in the Vaccine inoculation; and Experiments to determine ſome important facts belonging to the Vaccine diſeaſe.* Ibid. N. VI. Aug. 1799. pag. 612. *A Communication concerning the eruptions resſembling the Small-pox, which ſometimes appear in the inoculated Vaccine diſeaſe.* Ibid. N. X. Decembr. 1799. pag. 393. Contra quae variae aliorum, imprimis Doct. Hooper et Fosbrooke, animadverſiones extant pasſim in eodem Diario inveniendae.

(*i*) Doct. Woodville inter alia edidit *Reports of a Series of inoculations for the Variolae Vaccinae, or Cowpox with Remarks and Obſervations on this Diſeaſe, conſidered as a ſubſtitute for the Small-pox.* London 1799. 8*vo.* et *Note on the Cowpox addresſed on the Society af Phyſicians and Surgeons* haecce nota invenitur in *The London Med. Rev. and Mag.* No. IV. Juni 1799. pag. 397.

quente 1799 Societas medica Londinensis in Nosocomio Guyano quaestionem proposuit, de Variolarum Vaccinarum *origine, earumque a Variolis Humanis differentia, effectu, et vi praeservatrice.* Praeterea anno 1799. ad finem vergente institutum, quo Variolarum Vaccinarum inoculatio promoveretur, Londini fundatum est, cujus observationes in lucem editae rem cum maxime illustraverunt, ut et alius societatis (*Jennereanae*) eidem scopo dicatae, inter cujus membra Principes Regales, et omnes fere Nobiles Angli sua nomina dederunt (*k*). Jam felix ab omni parte eventus, tantique Patroni effecerunt, ut incredibili celeritate per universum Brittanniae Regnum, donum istud divinum, quo Variolae Humanae radicitus tollerentur, fuerit dispersum; ut omnes fere Angliae Medici Variolarum Vaccinarum vim prophylacticam agnoverint; ut paene innumera hodie sint exempla eorum, qui Variolarum Vaccinarum insitionem subierint (*l*); utque tan-

(*k*) Vid. *London Med. Rev. and Mag.* Vol. I. No. I. March 1799. pag. 97. et No. II. Jan. 1800. pag. 475.

(*l*) Unice in Nosocomio huic usui dicato, moderante Doct. Woodville et adjuvante viro expert: Wachsell a die 21 Jan. 1799. ad 15 Junii 1803.

tandem eximius ille JENNERUS laude atque remuneratione publica cumulatus, aeternam reportaverit gloriam.

§. IV. Brevi, postquam in Anglia Variolarum Vaccinarum insitio fuerat in usum vocata, etiam in aliis Regionibus adhibebatur, cujus quidem rei mentio nunc injicienda est.

Nulla autem fuit Regio, ubi nova inoculatio plures habuit asseclas, quam Germania. — Cognito nimirum anno 1796, supra memorato Libro ab Exp. ADAMS anno 1795 Londini edito (*m*), Medici ibi de hac re cogitare coeperunt, atque omnes uno animo optaverunt, ut vis praeservativa Variolarum Vaccinarum experimentis accuratissimis inquireretur. Hoc

---

1803. 13715. inoculati sunt et horum 2500. deinceps Variolis Humanis expositi, earumque viro intime contacti plane im munes permanserunt, ut nihil mali experti sint. Vid. *The Medical and Physical Journal.* N. 54. August. 1803. pag. 191.

(*m*) Evulgata scilicet ejus Libri Versione Germanica Joseph Adams, *Bemerkungen über Krankheits Gifte, Phagadena und Krebs* u. s. w. *aus dem Engl.* Breslau. Hirzberg und Lissa 1796. 8*vo.* Cujus mentio fiebat in Diario egregio *Journal der Erfindungen, Theoriën und Wiedersprüche in der Natur und Arzneiwissenschaft. Intelligenzblatt.* No. XIII.

Hoc paulo post itaque ad totius humani generis salutem per Doct. JENNER facto, non potuit non, quin felix rei eventus, cum aliis communicatus, Germanos Medicos incitaret, ut experimenta repeterent et Variolas Vaccinas insererent.

Prima inoculatio fiebat Viennae, Mense Aprilis 1799 cum materia ex Anglia transmissa, a Doct. ALOYSO CARENO & rite procedebat (*n*): CARENO observationes suas de hac re deinceps ipse edidit, egregiis animadversionibus illustratas (*o*).

Praeter alias Germaniae partes, in Hannoveria Variolae Vaccinae cum favore recipiebantur, & ex hac Regione, unde *Variolarum Humanarum* insitio antea in Germaniam fuerat dispersa, iterum nova Morbi Vaccini inoculatio plurimum cepit incrementum.

Chirurgus bene meritus STROMEYER & praeclarus BALHORN primi sunt, qui Variolas Vaccinas non tantum in Hannoveria, sed & suis scriptis per totam Germaniam propaga-

ga-

(*n*) Vid. *Salzburg. Medic. Chirurg. Zeitung.* 1799. 2. B. s. 380.

(*o*) Titulus Opusculi hujus in omnibus fere Linguis promeritis translati, est *Uber die Kuhpocken, ein Volksschrift von Dr.* Careno Wien 1801. 8*vo.* mit Küpfern.

gaverunt. Nunc etiam Anglorum Opera de hac materia edita, maxima pro parte translata, magis magisque innotuerunt.

Numerus Virorum, qui inoculationem Variolarum Vaccinarum initio amplectebantur, tantus est, ut non nisi praecipuos hic nominare, eorumque scripta indicare posſim (*p*).

Inter omnes Germaniae Medicos (quod absque aliorum Virorum in Arte celebrium laudis obtrectatione dictum ſit) praecipue dignus est, qui nominetur et de quo etiam alio loco dicam, Doct. JOANNES DE CARRO Vienenſis. Primum ejus ſcriptum (*q*) de Variolis Vaccinis prodiit Viennae, et inter omnia, quae posſidemus, utilisſimum propriisque obſervationibus ditisſimum apparet.

Licet quoque in Germania nonnullae objectiones contra novam inoculationem facerent, (*r*) ut Capite ſequenti videbimus, tamen conſtat

(*p*) Qui hac de re plura deſiderat adeat Opusculum a Cel. Hecker Erfurti 1802 editum, cui titulus *Die Pokken ſindt ausgerottet!* quo in conſcribendo hocce Specimine plurimum uſus fui.

(*q*) *Obſervations et Experiences ſur l'inoculation de la Vaccine par* Jean de Carro a Vienne 1801.

(*r*) Errat itaque, qui in Libro Gallico *Premier Rapport de la Commisſion de Vaccine, ſeante au Louvre a la So*

ſtat in omnibus fere Germaniae partibus, illam gratisſime fuisſe acceptam, et Reges (*s*) Principes, Gubernatores aliosque Magnates inſigne quantum contulisſe, ut intra brevisſimum temporis ſpatium, Variolae Vaccinae magis ſint propagatae, quam vulgaris inoculatio, inde ab ejus initio ad hanc usque diem.

Accedit, quod multi Viri Celeberrimi de tota *Variolarum Humanarum* ſuppresſione multa cogitaverant, ſcripſerant (*t*), et etiamnum in votis habebant; quid igitur jucundius esſe posſet, quam Remedium invenire, quo uno tempore totum humanum genus, a peſtifero morbo ſemper liberari posſent?

§. V. Quod in Germania fecere praeclari STRO-

Societé de Medicine. (*extrait du Tome XI. du recueil periodique de la Societé de Medicine* a Paris. Prairial an IX. (1801) dixit „ Jusqu'ici dans un Empire „ ausſi vaſte qu'est Allemagne, dans un pays ausſi „ fecond en Medicins eclaires qu'en Zèlés inocula„ teurs, ele n'a encore rencontre dans ſa marche „ facile, nul obſtacle, aucun Contradicteur."

(*s*) Ita Borusſorum Rex Berolini inſtitutum fundavit, ad *Variolas Vaccinas* inoculandas Vid. Hufelands *Journ. der pract. Heilk.* XIII. B. 3. St. ubi deſcriptio invenitur.

(*t*) Inter alios imprimis Cel. Junker multa de hac re publici juris fecit.

STROMEYER, BALHORN, DE CARRO, aliique, illud in Helvetia fecit Cel. ODIER. Jam anno 1798 ex Anglorum scriptis excerpta edebat (*u*), qui primum benignitatem hujus inventi agnoverat, deinde tamen in dubium vocavit, neque adeo a *Variolis Humanis* Vaccinas differre asseruit. Tandem vero ab hac opinione recessit & Genevae novam inoculationem ulterius propagabat (*v*). Doct. J. H. LAVATER postea quoque ad Variolarum Vaccinarum propagationem sua attulit (*w*); & hodie in Helvetica Republica in dies nova inoculatio magis magisque, ad salutem generis humani, institui solet.

§. VI. Etiam in Gallia Medici ad Variolas Vaccinas attendebant & Parisiis fundata societas Viro Doct. PEARSON literas scripsit, quibus materiam Vaccinam nec non de in-

(*u*) In *Bibliotheque Brittannique* populares suos primo de nova inoculatione certos faciebat.

(*v*) Scriptum ejus extat, cujus titulus est: *Rapport du Dr.* Odier *sur la Vaccine, publié par les Soins du Prefect du Leman, et presenté au Ministre de l'interieur* a Geneve an IX.

(*w*) *Abhandlung über die Milchblattern oder die sogenannte Kuhpokken von Dr.* Johan Heinrich Lavater. Zweite vermehrte Auflage Zurich 1801.

inoculatione praecepta quaedam peterent. Doct. PEARSON hancce petitionem Societati Londinensi communicavit, quae die 12 mensis Maji 1800 Lanceolas, Fila & Vitrum materia Vaccinae impraegnata, vasi Gas Hydrogenium continenti inclusa, consentiente Ill. GRENVILLE, transmisit (*x*). Insitione in Gallia peracta eventus expectationi omnino respondebat (*y*) & nomine Societatis Doct. THOURET observationes in lucem edidit. Doct. WOODVILLE ex Londino praeterea recentem materiam apportans, non paucum ad accuratiora experimenta in Gallia sumta, contulit.

Licet in Gallia, uti in aliis Regionibus nonnulli adversarii novae inoculationis invenirentur, tamen magis magisque propagabantur Variolae Vaccinae, praesertim postquam Doct. AUBERT Londini rediens, quorsum a schola Medica Parisiensi missus erat, observationes suas in Nosocomiis Londini factas publici juris fecerat (*z*).

No-

(*x*) Vid. *The London Med. review and Mag.* Vol. IV. N. 18. August. 1800. pag. 204. et seqq. *On the Introduction of the Vaccine Inoculation at Paris.*

(*y*) Vid. *Gazette Nationale Tridi*, 23. *Prairial an.* VIII. *de la Republique.*

(*z*) Libri hujus eximii titulus est: *Rapport sur la Vaccine*

Nomina Medicorum qui initio multum in favorem Variolarum Vaccinarum fecerunt atque scripserunt, praeter THOURET et AUBERT sunt COLON, HUSSON, RANQUE, DEDIER, CHAQUE, et MOREAU, qui de tempore in tempus effecerunt, ut etiam in hac Republica populus, si non omnis, tamen majori pro parte in propriam salutem, inoculationem novam fuerit amplexus.

§. VII. In Italia aeque atque in aliis Europae partibus, insitio Variolarum Vaccinarum grato itidem animo accipiebatur. Postquam Anglorum scripta, nec non translatio Opusculi, quod CARENO de hac materia promulgaverat, ibi innotuissent, non tantum Medici insitionem instituebant, sed et Magistratus illam cum maxime promovebant. Neapoli ipse Rex institutum ad Variolas Vaccinas inserendas, fundavit, cujus moderamen tradidit Viro Doct. MARSHALL qui anno 1801 observationes de hac re edidit (*a*).

An-

cine ou reponse aux questions redigés par les Commissaire, de l'Ecole de Medicine de Paris, sur la pratique et les resultats de cette nouvelle inoculation en Angleterre et dans les hospices de Londres ou on l'a adoptee par A. Aubert a Paris an IX. (1801).

(*a*) *Osservationi sopra il Vajuolo Vaccino di* G. H. Marshall Palermo 1801. in folio.

Ante alios autem hic nominandus est Medicus Milanenſis Celeberrimus SACCO, qui plurima praeſtitit effecitque, ut Milani quoque Societas Medicorum conſtitueretur ad novam inoculationem inquirendam; cujus Societatis obſervata anno 1802 Milani prodierunt (*b*), quaeque in rei favorem omnino tendunt. FANZANGO Prof. Paduenſis et BRERA (*c*) nunc Cremae Medicam praxin exercens, quoque digni ſunt, qui nominentur.

In Florenſa, Piſa nec non Tuscia magnum Coeli donum, primo despreverunt, ſed novam inoculationem magis atque magis propagari audimus (*d*).

§. VIII.

(*b*) *Reſultati di Osſervationi esſperienze ſull' Inoculazione del Vajuolo Vaccino inſtitut; nello Spedale maggiore di Milano dalla Commisſione Medico — Chirurgica Superiormente delegata a questogento.* Milan 1802.

(*c*) Brera antea Paviae Prof. Cel. nunc Medicus Cremenſis, edebat. *Avviſo al popolo ſulla necesſita di adottare l'innocente e non periculoſo innesto del Vajuolo Vaccino &c. &c. pubblicato pel bene dell' Umanita dal Dr.* Luigi Brera Crema 1801.

(*d*) Vid. *Dr.* Gautieri's *Nachricht von den fortſchritten der Vaccination in Cisalpinien, in* Hufeland's *Journal der pract. Heilk.* XIII. B. 3. St. ſ. 154. ſeq.

§. VIII. Nostra in Patria novum illud inventum tarde fuit acceptum, & longe postquam primum periculum inftituerat Doct. LEVY DAVIDS, qui, Roterodami praxin medicam feliciter exercens, obfervationes fuas evulgavit; recte tamen, cum hoc non fecerit, nifi prius expertus fuisfet, puellam Materia Vaccina antea infectam, deinde neque infitione, neque expofitione quacumque Epidemiae eo tempore vigenti, Variolas humanas accepisfe, fed ab hisce plane immunem manfisfe.

Igitur Doct. LEVY DAVIDS primus hic fuit, qui accepta materia Vaccina a Doct. MARSHALL per Doct. WALKER die 17 Octobris 1799 infitionem inftituit, et die 18 Julii 1800 quid expertus fuerat in lucem edidit (*e*). Istiusmodi obfervatione evulgata, non potuit non quin plures in hac Republica Viri Celeberrimi atque Doctisfimi excitarentur, ut ulterius rem propagarent et Variolas humanas fi fieri posfit penitus amoverent. Roterodami, imprimis, ubi eo tempore Variolae humanae vehementer faeviebant, praeter Doct. DAVIDS, Doct. VAN NOORDEN, TEN HAAFF, OPDORP, & Exp. GRAM, DUVIGNEAU, atque VAN HATTEM allabo-

---

(*e*) Vid. *Nieuwe Algemeene Konst- en Letterbode.* 1800. N. 342. pag. 21. feq.

boraverunt, ut Materiem Vaccinam acquirerent, sed plures causae concurrebant, quibus illud impediebatur, neque etiam Materia, quam Doct. DAVIDS ex industria facto itinere, Lutetiam versus Parisiorum inde huc portaverat, morbum produxit; adeoque scopo non satisfecit. Tandem vero acceptis quatuor Lanceolis materia Vaccina inquinatis ex Nosocomio Lonnensi, & filo eadem materia imbuto a Doct. NOWEL, Medico Bononiensi, die 6 Octobris anni 1800 plures inoculati sunt; eo eventu ut suo tempore pustulae prodirent & morbus rite procederet (*f*). Brevi plus quam 300 Roterodami sunt inoculati & 20 deinde materia humana insiti, aliique Variolis confluentibus expositi nihil experti sunt (*g*). Hisce ita evenientibus quaquaversum in nostra Republica magis dispersa fuit Insitio Vaccina et Hagae Doct. DIBBETZ & ONTIJD plurima huc contulerunt, deque Insitione nova Ob-

(*f*) Vid. *Genees- en Heelkundig Magazijn, uitgegeven door* Van Stipriaan Luïscius, Dibbetz, Ontijd, Macquelin *en* van Heekeren, den Haag 1801. I. Deels 2*de* Stuk pag. 27. enz. *Brief van Dr.* Davids, Opdorp enz. *aan den Agent van Nationaale Opvoeding der Bataafsche Republiek.*

(*g*) Ibid. pag. 37.

Obſervationes & Experimenta ediderunt (*h*).

In Friſia Cel. MULDER, materia a Doct. DIBBETZ transmisſa, die 28 Novembris 1800 primam inoculationem inſtituit, habita ſimul Lectione *de Variolis Vaccinis* in Theatro Anatomico; ſed prima haecce inſitio ſucceſſu carebat, quare accepta deinceps a Cel. THOMASSEN A THUESSINK, qui Groningae inſerebat, materia, iterato tentavit, quo ex voto eveniente, pluribus illud virus communicavit.

Modo laudatus Medicinae Prof. Groninganus THOMASSEN A THUESSINK, inter primarios Inſitionis Vaccinae patronos dignus est, qui nominetur; ſcilicet non tantum, ut in variis Reipublicae Batavae partibus nova inoculatio propagaretur, cum maxime allaboravit, ſed et plurimas obſervationes promulgavit, et nuper egregium de hac re tractatum edidit (*i*).

Eodem adhuc anno in Gelria nova inoculatio

(*h*) Titulus est *Proeven en Waarnemingen over de Inënting der Koepokken door* R. Dibbetz *en* C. G. Ontijd Med. Drn. Hage 1800. 8*vo*.

(*i*) Vid. *Geneeskundig Magazijn* 1803. II. Deel 3. Stuk pag. 123. Obſervationes autem in Diario, *Algemene Konst- en Letterbode*, pasſim.

tio fuit introducta, & quidem Arnhemiae initio mensis Decembris a Viris Doct. & Exp. DE RUUK, BEVERLIJ, VAN GALEN, VAN DER NOOT, VAN WIJ, BRINKMAN et BREZEMAN (*k*).

Interea cui in Republica Batava educationis, doctrinae et eruditionis suprema cura erat mandata, Vir Cel. VAN DER PALM, ut pro dignitate rem inquireret, ad nonnullos, in nostra Patria de Medicinae exercitio optime meritos, Viros litteras misit, et hos inter Viro Cel. VAN GEUNS Professori Ultrajectino, qui initio anni 1801 responsum dedit, quod animadversiones egregias et prudentissima monita complectitur; Insitionis humanae patronus eximius, quique inter primos hanc in nostra Republica propagaverat, novam encheiresin non nimis avide arripiendam esse censet, neque tamen rejiciendam, sedulo omnia phaenomena esse investiganda, et ex hisce cum insitione humana comparatis, non nisi longa observatione, certo determinandis, quaenam praestantior esset habenda, concludendam (*l*).

Hoc-

(*k*) Vid. *Geneesk. Magazijn* I. Stuk 1801. pag. 84.

(*l*) Vid. *de Waardij der Koepokken overwogen in een antwoord aan den Agent van Nationale Opvoeding door*

Hocce responsum Viri Cel. VAN GEUNS secuta fuit propositio dicti Curatoris supremi, qua publica auctoritate Insitio *Variolarum Humanarum* promoveretur, et Vaccinationis effectus ulterius indagari posset (*m*).

Brevi post die scilicet 28 Febr. 1801; Harlemi fundata est Societas pro Vaccinatione à Doct. VAN DER BOSCH (*n*), et mense Martii supra laudati Viri eximii, qui Roterodami prima experimenta instituerunt, suas Observationes et animadversiones Cel. VAN DER PALM transmiserunt, qui etiam in lucem prodierunt (*o*).

Deinde per universam Patriam Insitio Variolarum Vaccinarum magis magisque in usum fuit vocata, nullibi vero celeriores fecit progressus, quam in agro Drenthino, ubi

---

door Math. van Geuns *in het Geneesk. Magazijn.* I. Stuk. pag. 59.

(*m*) Ibid. pag. 127. *Voordragt van den Agent der Nationale Opvoeding aan het Uitvoerend Bewind dezer Republiek, ter bevordering en algemener verspreiding der Inenting van de Kinderpokken.* 16. Febr. 1801.

(*n*) Vid. *Programma van het Haarlemsche Instituut van Vaccinatie. den* 28. *Febr.* 1801 *opgerigt.*

(*o*) Vid. *Geneesk. Magazijn.* 1. Stuk. pag. 27.

ubi anno 1801, truculenta grasſante *Variolarum Humanarum* Epidemia, intra brevisſimum temporis ſpatium plus quam 400 homines felicisſimo eventu operationem ſubierunt (*p*).

Denique, ne minoris momenti opuscula, quae alicubi in nostra Patria prodierunt, memorem, adhuc indicanda est Societas nuperrime Amſtelodami fundata, cujus Scopus est, Inſitionem Variolarum Vaccinarum inter pauperes imprimis introducere (*q*).

Laudanda certe ſunt conamina Virorum celebrium, quorum curae commisſa est haecce provincia, et optandum, quam plurimos inde excitari, ut ſua in eundem Scopum ubique conferant.

§. IX. Circa idem tempus quo nostra in Pa-

(*p*) Vid. Van Tellegen *Disſert. Inaug. de Variolis Vaccinis.* Groningae 1801. pag. 6.

(*q*) Vid. *Programma van het Amſterdamsch Genootſchap ter bevordering der Koepokinenting voor minvermogenden. Amſterdam* 1. *November* 1803. Viri qui hac de re digni ſunt qui nominentur Cel. Adolphus Ypey, Gerardus Vrolik et Doct. Cornelius Henricus a Roy, Phoebus Hitzerus Themmen (qui plurimum fecit) Hermannus Haakman nec non Exp. Bernardus Husſem. Caetera videas in *het Programma.* &c.

Patria Insitionem Variolarum Vaccinarum introductam fuisse §pho praeced. Vidimus, in Hispania quoque adhibita est, et Regis cum maxime impulsu dispersa, qui die 10 Augusti anni 1800 per Illustriss. D'URQUIJO Virum Doct. DE CARENO laudibus cumulavit, cum hic JENNERI Opera ex Anglico Idiomate Latine reddiderat, novisque observationibus et animadversionibus ornaverat, praeterea se, omni molimine, egregiam illam encheiresin, suo favore ubivis in in Hispania prosecuturum, ejusque introductionem, sua auctoritate promoturum asserens (*r*). Quantum vero effecerit Regia ista auctoritas exinde patet, quod a mense Decembris anni 1800 ad mensem Septembris anni 1801 in sola Catalonia 7000 homines fuerint inoculati (*s*).

In altissimis montibus Operatio aeque ac in abditis Vallibus, inque ardentissimo calore, non minus quam in acutissimo frigore succe-

(*r*) Vid. *Nieuwe Algemene Konst- en Letterbode.* 24. October 1800. No. 356.

(*s*) Vid. *Algemene Konst- en Letterbode* voor het Jaar 1802. No. 20. pag. 306.

cedebat & eventus expectationi omnino respondebat (*t*).

Nuperrime, anno nimirum 1803 Hispaniae Rex nonnullos Viros doctos in utramque Indiam & Insulas Philippinas misit, qui Variolas Vaccinas ibi insererent, uti videbimus infra.

Denique in Hispania Variolarum Vaccinarum inoculatio ansam dedit ad inquirendum, num & alia Animalia, praeter Vaccas, talibus Variolis essent obnoxia, & inventum est, Capellas istiusmodi morbo haud raro affici non tantum, sed Variolas Caprinas eadem contra *Variolas Humanas* prophylactica dote gaudere, qua Variolae Vaccinae; de hac autem re alio etiam loco ulterius agendi dabitur occasio (*u*).

§. X.

(*t*) Vid. ibid.

(*u*) In Lusitania nonnullas etiam insitiones cum Materia Vaccina inprimis in ejus Metropoli esse factas Doct. George Smit, qui aliquod tempus Medicam praxin ibi exercuit, cum anno praeterlapso Londini essem, mecum communicavit: de hac re autem aliquid invenitur in Diario, quod Cel. Hufeland, Harles et Schreger edunt cui titulus *Journal der Ausländischen Medizinischen Literatur*. September 1802. in

§. X. In Rusſia nova Inoculatio jam magnos fecit progresſos. Archiater WEICKARD primus erat, qui inoculationem inſtituere conabatur, experimenta autem ejus male ſuccedebant & Doct. PRESCOT, qui ex Anglia materiam acceperat, primus Variolas Vaccinas ibi introducebat. Postea etiam cum Doct. WEICKARD ex Germania materiam acceperat, plures in Rusſiae Metropoli inoculavit, & ipſa Caeſaris Mater, nec non nobilisſima Comes SCHUWALOW, omni ardore novam inoculationem propagaverunt. Ante aliquod tempus aestumatisſimus SCHULZ a Caeſare e Berolino vocatus est, ut inſitiones cum materia Vaccina faceret. Nec tantum Petropolitani ſed etiam Moſchae inoculationes esſe factas percepimus (*v*).

§. XI. In Suecia & Dania imprimis in ejus Metropoli Haphnia magis magisque novam inſitionem accipi vidimus; ante aliquod tempus Londinenſis Medicus MARCET ma-

In *die Ausführliche Abhandelungen.* N. 3. Domeier *Geſchichte der Vaccine in Portugal.* Cum autem hocce opusculum mihi non ad manum est, plura de hac Regione dicendi occaſio defuit. —

(*v*) Vid. Hufeland's *Journal der Pract. Heilk.* XIII. Band. 3. St. S. 165. ſeq.

materiam ad inoculationem eo miſit & experimentorum eventus ibi quoque fuere feliciſſimi (*w*), et nova inoculatio jam ibi magnos fecit progreſſus (*).

§. XII. Videamus nunc quomodo novam Inſitionem acceperint aliarum Terrae partium incolae. —

In America ſubito illam accipiebant, et Experimenta cum materia Vaccina ex Anglia transmiſſa faciebant. Cel. WAATERHOUS inter primarios patronos nominandus est (*x*), nec non JOHN REDMAN COXE qui etiam 1802 *Philadelphiae* Obſervationes edidit egregias (*y*). Succeſſus in America eximius erat, et

(*w*) Vid. *The Medical and Phyſical Journal* of May 1803. *Conducted by Dr.* Bradley, *Dr.* Batty *and Dr.* Noehden. pag. 466.

(*) Vid. *Haarlemſche Courant* van den 21. Januarij 1804. Artic. Kopenhagen.

(*x*) Vid. *Succeſſ of Vaccine Inoculation in America:* in *the Medical and Phiſical. Journal.* Vol. IX. pag. 96. Qui plura de *Variolarum Vaccinarum* propagatione in America deſiderat, adeat *Dr.* Albers *Americaniſche Annalen* Bremen. paſſim.

(*y*) Opusculum hocce egregium prae ſe fert titulum, *Practical Obſervations on Vaccination; or Inoculation for te Cowpock* by John. Redman Coxe M. D. One of the Phyſicians to the Pennſylvania Hospital. Em-

et Inoculatio nova ibi cum ardore est propagata.

Uti verum est, totam Orbem terrarum detectionem Variolarum Vaccinarum immortali JENNERO debere, ita verisſimum, Aſiae et Africae Incolas illarum propagationem ſemper debitos fore, Viro digniſſimo JEAN DE CARRO, Vienenſi Medico celeberrimo.

Postquam Variolae Vaccinae Conſtantinopoli esſent adoptatae, Doct. DE CARRO materiam a Doct. SACCO acceptam mittebat ad Doct. SCHORT, qui est in Bagdad, ubi ex voto ſuccedebat nova Inoculatio. Vir Doct. SCHORT materiam mittebat ad Busſoram, ubi Chirurgus Anglicus nomine MILNE bono ſuccesſu inoculationes inſtituebat. Ex duabus illis Urbibus per complures Aſiae partes materia Vaccina transmisſa est (z).

In

Embellished with a Coloured Engraving Repreſenting a Comparative View of the various Stages af the Vaccina and Small pox. *8vo.* Philadelphia 1802.

Excerpta ex hocce Opusculo facta invenies in *the Monthly Review Enlarged.* for May 1803. pag. 104.

(z) Vid. *A. Letter of Dr.* de Carro *to Dr.* Jenner *in the Medic. and Physic. Journal* of May 1803. pag. 450. and *the Bombay Courier.* July 2. 1802.

In Colonia Bombay quoque ex Busſora materia Vaccina accipiebatur & a Viris Doct. W. Moir & H. Scot inoculationes feliciſſimo eventu ibi inſtitutae ſunt, quas cum ardore Incolae adoptaverunt. Ex Bombay materia ad alias Angliae Colonias Surat, Poöna, Ceilon fuit miſſa et ubique grato animo accepta: Inde quoque ad Chinam materia Vaccina transmiſſa est, num autem ibi ſit accepta adhuc non percepimus.

Quantam in Oriente nova Inoculatio attulit utilitatem, atque mortalitatem diminuit, vidimus in exemplo in inſula Ceilon.

In hac inſula *Variolae Vulgares* malignitate pesti fere ſunt ſimiles et haud parvum populationis impedimentum fuerunt, totos interdum pagos hic morbus deſtruit, imo ſimulac Variolae alicubi apparent, omnes incolae in montibus effugium quaerunt, et domos inque iis decumbentes, aegros fato relinquunt (*a*).

Hoc

(*a*) Non abeſſe poſſum quin apponam literas ex inſula Ceilon miſſas, quas Anglice legimus in *the Med. and Phyſ. Journ.* of May 1803. pag. 457. ſeq.

In September 1800, I was witness to a most distressing scene of this kind, in the neighbourhood of Ballicaloa, on the eastern side of the island. The Small-pox had broke out suddenly in the village

of

Hoc igitur hujus Insulae incolas summa cum animi voluptate Remedium accepisse, quo semper a morbo isto dirissimo liberari possint quis non perspicit? neque mirum Vaccino

---

of Enore, about the middle of July, and so great was the panic occasioned amongst the inhabitants, that all those in health immediately deserted their habitations, and left the helpless sick without any assistance whatever.

When I visited the village on the 4th of September, the infection had ceased, and the inhabitants were beginning to return to their usual residence, (once a flourishing village) but which they now found desolate and waste, in consequence of their precipitate desertion.

Out of thirteen infected persons, six had died, and seven remained in a miserable emaciated state. These survivors gave me the following melancholy recital, which was too certainly verified by the appearance of the village.

On the departure of the inhabitants in health, the elephants, spotted tigers, and wild boars immediately came down from the jungle, pulled down the fences, rooted up and destroyed the young trees, ate the stores of rice and other provisions, and what is still more horrible, carried off the sick, or at least consumed the bodies of the deceased; for it is certain, that in one house, where three sick persons had been left, not the least vestige of their remains could be found, on the return of the inhabitants to the village.

cino introducto, omnem insitionem *Variolarum Vulgarium* a Gubernatoribus interdictam fuisse atque prohibitam.

Dicendum mihi quoque est, qui fuerint Viri illi aestumatissimi, quorum cura in hanc pulcherrimam Insulam Variolae Vaccinae introducebantur; sunt autem quos magna cum animi voluptate nomino CHRISTIE in Colombo atque ROGERS in Trincomalia.

Vis praeservativa Variolarum Vaccinarum contra *Variolas Vulgares* in Oriente experimentis quoque est probata; Liberos nimirum Viri cujusdam praestantissimi THEIL in Jaffnapatnam, antea materia Vaccina infectos, postea Vir Doct. CARINE cum materia *Variolarum Vulgarium* inoculavit, quae tamen secutae non sunt (*b*). In aliis Orientis et Occidentis partibus Variolae Vaccinae quoque sunt assumtae: WINTERBOTTOM (*c*) in Sierra Leona, ADAMS in Madeira (*d*) et RYAN in Jamaica eas introduxerunt.

De-

(*b*) Vid. *Ceylon Gouvernement Gazette October* 12. 1802. *et Medic. and physic. Journ. of June* 1803. pag. 540. ubi autem male impressum *Oct.* 10, 1803.

(*c*) Vid. *Journal der ausländischen Medicinischen Literatur für April* 1802. in die *kurze Nachrichten und Auszüge* N. 4.

(*d*) Vid. *The Medic. and physic. Journ.* Vol. IX. pag. 309.

Denique huc referenda ſunt nuperrima Regis Hispaniae conamina, qui navem ad utramque Indiam & Inſulas Philippinas miſit, qua nonnulli Artisperiti, duce Doctisſ. Medico D. F. XAVIER DI BALMIS eo veherentur ad Inſitionem Variolarum Vaccinarum ibi introducendam, ſimulque obſervandum, num Climatis diverſitas, Generisque humani Varietas, aliquem in Morbi decurſum, effectum producerent; quod ubi obtinuerit, paginis deinceps edendis apparebit (*e*).

(*e*) Vid. *Algem. Konst. en Letterbode* 1803. N. 51.

CAPUT II.

Dissensio Medicorum

DE

Variolis Vaccinis.

§. XIII. Brevi, postquam Doct. JENNER inquisitiones suas de Variolis Vaccinis publici juris fecerat, in Anglia, inque aliis Regionibus, de iis maxime dissentierunt Eruditi. Inter omnes autem controversias primum obtinet locum, quae de pustularum in locis ab Insitione remotis, praesentia vel absentia agitata est, quaestio. JENNER nimirum dixerat, Variolas Vaccinas istiusmodi eruptionem comitem non habere. Contra Doct. WOODVILLE Nosocomii Londinensis praefectus, qui Insitiones cum materia Vaccina instituerat, fere semper pustulas Variolis vulgaribus non absimiles observabat. Doct.

PEAR-

PEARSON idem aliquando animadvertit. JENNERUS autopſia fretus ſtatuebat materiam Vaccinam, qua utebantur Doct. WOODVILLE ac PEARSON materia varioloſa humana esſe inquinatam, vel contagium Variolarum humanarum accesſisſe (*f*). Nonnulli Medici ſtabant a parte Doct. JENNER, alii in ſententiam abibant Doct. WOODVILLE. Interea qui ruri esſent, nullas (ſaltem paucisſimas) videbant eruptiones (*g*). Contra qui in Urbe inſitiones faciebant, ſaepisſime pustulas obſervabant. Ratio haec erat: Doct. WOODVILLE primas inſtituebat inſitiones, cum materia Vaccina in Noſocomio, ubi plures morbo Varioloſo Vulgari laborantes, una jacerent, initio forſan Inſtrumentis materia Varioloſa vulgari inquinatis: inficiebantur itaque inoculati, vel jam ante inoculationem contagio erant infecti. Medici in Urbe accipiebant materiam a Doct. WOODVILLE et inde contigit, hunc plures, illos vero pauciores initio obſervavisſe pustulas. Senſin vero ſen-

---

(*f*) Vid. *A Continuation of facts relative to the Variolae Vaccinae or Cowpox by* E. Jenner London 1800.

(*g*) Exempli Gratia, Doct. Marſhall inter 423. caſus unicum tantum ubi eruptiones aderant, videbat. Vid. libr. Jenneri modo citat.

ſenſimque eruptiones, etiam in Urbe minuebantur, & ipſe WOODVILLE, factis experimentis, ſeſe erravisſe vidit, atque palam confesſus est (*h*).

Doct. PEARSON, qui antea etiam complures eruptiones viderat, jam in fine anni 1799 literas mittebat Viro Cel. HEIM Berolini, in quibus profesſus est ſeſe raro & inter 50 caſus vix ſemel vidisſe eruptionem (*i*).

Quod cum ita esſet, in Anglia conveniebant, eruptionem ad Variolas Vaccinas non pertinere, ſed interdum, licet raro, accedere.

In Germania etiam hac de re disſentiebant Viri Docti. Nonnulli nimirum ſtatuebant, niſi accesſisſet eruptio multarum pustularum, Variolas Vaccinas contra ſequentem Epidemiam non valere: Alii aliter ſtatuebant: Initio plures, postea pauciores, & hodie vix ullas obſervationes pustularum habemus.

Materia a Doct. JENNER misſa pauciores produxit eruptiones, quam illa a Doct. PEARSON accepta, qui materiam in Urbe Collectam transmiſerat (*k*).

Ex-

(*h*) Vid. *Obſervations on Cowpox by* William Woodville. London 1800.

(*i*) Vid. Hufeland's *Journal der pract. Heilk.* B. X.

(*k*) Vid. *Fortgeſezte Nachrichten über die in Hannover an-*

Ex omnibus autem patet eruptionem multarum pustularum non esse signum characteristicum Variolarum Vaccinarum sed morbum accessorium. Forsitan contagium Variolarum vulgarium saepius ad istiusmodi eruptiones ansam dedit.

§. XIV. Quod Capite praecedenti innuimus initio novam inoculationem hic illic adversarios invenisse, nunc ulterius memorandum est: aliae vero objectiones minoris, aliae majoris sunt momenti.

In Anglia non multum contra novam Inoculandi methodum prodiit, plurima nimirum Scripta, quae in hac Regione ab hac parte evulgatae sunt, Satyrae sunt, inter quas primum obtinet locum, opusculum, quod edidit MOSELEY, quem, quod non meruerat, refutavit Doct. RIEG.

Inter principes adversariorum in Gallia numerandus est VAUME, qui tria quatuorve Scripta contra Variolas Vaccinas edidit, quae a furibundo potius quam a Viro docto con-

---

angestellte Versuche mit der Kuhpokken impfung von Ballhorn *und* Stromeyer *im* Hufeland's *Journal der pract. Heilk.* X. B. 3. St.

conſcripta videntur (*l*). Nulla argumenta neque ullas ſanae mentis ideas continent et a Vero plane aberrant (*m*).

Quae contra inſitionem Variolarum Vaccinarum egerunt VERDIER, CHAPPON, MOULET, etiam parvi ſunt aestimanda. Validiora autem argumenta a nonnullis in Germania Viris doctis fuerunt prolata.

Celeberrimus HUFELAND ne aliquid animale nova inoculatione hominibus transferri posſet, timebat (*n*). Haec autem opinio refutata est, atque interim experimenta hodie timorem ſuperfluam ſuisſe ſatis ſuperque ostenderunt, et ipſe Cel. ille Vir hanc opinionem postea reliquit, quin plurimorum ſententiam de Variolarum Vaccinarum utilitate amplexus est.

MAR-

(*l*) Vid. *Die Pokken ſind ausgerottet! von Prof.* Hecker. Zweite Abtheilung. ſ. 98.

(*m*) Unicum tantum adduco exemplum: Cum anno 1800, optimi in Gallia Medici novam inoculationem acriter defendebat Vaume ſcripſit: „ De ja la majorité „ des perſonnes inſtruites, ſe prononce contre cette „ Methode; et la partie du peuple la plus pauvre „ et la moins éclarée, repousſe avec dedain la „ main qui pretend la ſecourir." Vid. *Nouvelles preuves des dangers de la Vaccine.* à Paris. an IX.

(*n*) Vid. Hufeland's *Journal der pract. Heilk.* X. Band. 3. St.

Marcus Herz, dum fata ſinebant Medicus Berolinenſis doctisſimus, inter graves novae Inoculationis adverſarios praecipue ponendus: Objectiones quas contra Variolas Vaccinas produxit omnium quas posſidemus validisſimae ſunt. Opusculum ſuum quod edidit (*o*) pulcherrimas continet obſervationes atque ut ab omnibus legatur omnino meretur. Argumenta quibus plurimum nititur ſumſit ex differentia quae inter Variolas Vaccinas et Variolas vulgares intercedunt. Contra Doct. Herz ejusque objectiones, Variolas Vaccinas ſtatim defendebant nonnulli Viri laudatisſimi inter omnes autem optime Jacob Ezechiel Aronsson (*p*): Hujus defenſio omnia continet, quae contra objectiones quas Herz, Vaume, Verdier aliique fecerint dici posſunt et

(*o*) Vid. Marcus Herz *an den Dr.* Dohmeyer *über die Brutalimpfung und deren Vergleichung mit den humanen.* In Hufeland's *Journal der pract. Heilk.* XII. Band. I. Stük. ſ. 1—110.

(*p*) Vid. *Rechtfertigung de Schutzblatteren oder Kuhpokken impfung, gegen die Einwendungen des Hrn.* Herz u. ſ. w. *Verſucht von* Jacob Ezechiel Aronsſon. Berlin 1801. Vid. quoque tractatum eximium a Doct. Kuster contra Herz editum in Hufeland's *Journ. der pract. Heilk.* XIV. Band. 3. St.

et ARONSSON inter auctores clasficos de hac materia recenfendus est.

Doct. VALENTIN MÜLLER postea *a priori* demonftare conatus est, Variolas Vaccinas nullam vim prophylacticam habere, neque exercere posfe (*q*). Cel. SÖMMERING, et LEHR ejus argumenta refutaverunt.

EHRMANN (*r*) multique alii, quos enumerare nec utile nec jucandum mihi videtur, contra Variolas Vaccinas fcripferunt, eorumque argumenta nulla egent refutatione.

Inter Medicos qui contra propagationem Variolarum Vaccinarum fua attulerunt, non abesfe posfum, quin cum indignatione nominem Medicum Vienenfem FERRO; periculofus bonae caufae fuit adverfarius, et eo magis, quod magnae potestatis fuit Vir. Libris in favorem novae inoculationis confcriptis impresfionem interdicere aufus est, nec non fcriptores eorum injuriis afficere; fecundum

(*q*) *Beweis, dasf die Kuhpokken mit den natürlichen Kinderblatteren in keiner Verbindung fteken, und alfo ihre Einimpfung kein untrügliches Verwahrung Mittel gegen die natürlichen blatteren fein könne von Dr.* J. Valentin Müller. Frankf. a. M. 1801.

(*r*) *Ueber die Kuhpokken Swindel.* u. f. w. Frankf. a. M. 1801.

dum Doct. DE CARRO 3296 homines ejus culpa, uno anno interierunt, quoniam Medicis impediret quo minus insitiones cum materia Vaccina facerent (*s*).

Interea Variolarum Vaccinarum adversarii in dies pauciores fiunt et nulla invenimus argumenta quae nondum sunt refutata. Inter novissimos adversarios pertinet quoque Doct. GOETZ, hujus autem Opusculum (*t*) nullas objectiones complectitur, quae non antea sunt memoratae.

§. XV. Transeamus ad quaestionem, quae de Variolarum Vaccinarum origine fuit agitata. — Doct. JENNER initio dixerat Variolas Vaccinas ex morbo quodam in pede Equino, quam Angli vocant *Grease*, Germani *Mauke*, Galli *Javart*, Nostrates *Mok*, originem duxisse; qui Morbus Ulceris genus est, in infima parte Pedis, ex qua lympha cor-

(*s*) Vid. *Schlesisch-süd-preussisches Archiv der die Ausrottungspokken betreffende Erfahrungen* u. s. w. von Friese *und* Nowack. Landshut 1801. I. Band. 1*stes* Heft.

(*t*) *On the Inutility and Dangers of Vaccine Inoculation proved by facts by Cit.* Goetz *of Paris.* Translated. 1802. Editionem Gallicam numquam vidi.

corrosiva profluit (*u*). Contra hanc opinionem multi sese opponebant, interque eos Doct. SIMMONS (*v*), WOODVILLE (*w*), PEARSON (*x*), SACCO (*y*) OSIANDER (*z*). — Doct. TANNER (*a*) REDMAN COXE

(*u*) Differt hic morbus ab alia in pede Equino Ulceratione quam Angli *Malanders* vocant. — Cel. Hecker statuit morbum quem Germani vocant *die Steife* eundem esse quem Angli *Grease* vocant, quem autem ego in Anglia vidi et quo Jenner *Variolarum Vaccinarum* originem duxit, verus morbus erat quem Germani *die Mauke* dicunt.

(*v*) Vid. *Reflections on the propriety of Performing the Caesarean Operation* &c. *and Experiments on the supposed origin of Cowpox, by* W. Simmons. London 1798.

(*w*) Vid. *Reports of a Series of Inoculations for the Variolae Vaccinae or Cowpox* &c. *by* William Woodville. Lond. 1799.

(*x*) Vid. *The Med. and Physic. Journal.* passim.

(*y*) Vid. *Osservazioni pratiche sull' uso del Vajuolo Vaccino* &c. *di* Dr. Luigi Sacco. Milano An. IX.

(*z*) Vid. *Dr.* Friderich Benjamin Osiander's *ausführliche Abhandelung über die Kuhpokken, ihre Ursachen, Zufälle, Einimpfung, Behandelung, Verhältnisse zu anderen Hautausschlägen der Menschen und Thiere,* u. s. w. *Nach eigenen und anderer Beobachtungen.* Göttingen 1801.

Coxe (*b*) in America, aliique Jennerianam Sententiam quidem amplectebantur, sed plures contrariam sequebantur. Doct. Regge (*c*) Variolarum Vaccinarum Originem quidem ex ulcerationi quadam pedis Equini statuit, quae autem ab illa, quam Angli *Grease* vocant, omnino est diversa. Interea nihil certi Medicis cognitum fiebat, priusquam Doct. Loij (*d*) experimentis accuratissimis demonstraverat Variolas Vaccinas certissime ex dicto morbo Equorum oriri et Cel. Sacco casu Milani inveniebat pustulas Vaccinas, lympha corrosiva ex ulceratione pedis Equini profluente productas, quo facto, expe-

(*a*) Vid. *A Comparative statement of facts and Observations relative to the Cowpox published by* Doctors Jenner *and* Woodville. London 1800.

(*b*) Vid. Ejus Opusculum supra citat. pag. 4.

(*c*) Vid. *Die Kuhpokken, ein Mittel gegen die natürliche Blatteren, und folglich ein zehr wichtigen Gegenstand für die gesammte Menschheit. Vorzüglich Eltern und Aerzten gewidmet von* K. G. Kühn. Leipzig 1801.

(*d*) Hujus Doct. Experimenta in Anglia publice prodibant, et Doct. de Carro hujus libelli Gallicam atque Germanicam procuravit translationem.

perimenta inſtituebat, quibus apparebat, Lympham istam hominibus applicatam, pustulas genuinas Vaccinas procreare (*e*). Ideoque nullus dubitavit, in Sententiam Jennerianam abire, et contrariam opinionem relinquere.

Obſervationes itaque cum in Anglia tum in Italia factae ſatis ſuperque demonſtrare videntur, JENNERUM recte cenſuisſe (*f*), litemque de hac re brevi compoſitum fore aestumamus.

(*e*) Vid. *The Medic. and Phyſic. Journal* of Julij 1803. pag. 93.

(*f*) Vid. *The Medic. and Phyſic. Journ.* of Maij 1803. pag. 451. & of September 1803. pag. 243.

CAPUT III.

DE

Variis inoculandi Methodis.

§. XVI. Initio omnes Inſitionem Lanceola, qua ad Venae ſectionem utimur, inſtituebant, ita Doct. JENNER, PEARSON, WOODVILLE, aliique; ſed quia ad alias Regiones materia Vaccina esſet mittenda, fila, materia Vaccina imbuta et literis incluſa, eo mittebantur, unde duplex inoculandi methodus in uſu fuit vocata, quarum prior fit Veſicatoriis: Posteaquam nempe Veſicatoria Epidermidem effecit elevari in Veſiculam, hanc perſcindere ſolent et fila ſuper imponere nudae cuti, eaque Emplastro tegere. Cel. OSIANDER acriter hancce methodum defendit (g). Doct. LAVATER minuscula Veſica-

(g) Vid. Lib. Cit. Kap. 9.

ficatoria adhibenda esse monet; sed Doct. DE CARRO (*h*), HESSERT (*i*) TARBES (*k*) GAUTIERI (*l*) satis demonstraverunt, talem inoculandi methodum perversam esse. Vesicatorium nimirum irritationem topicam producat, qua inflammatio atque ulcerationes saepius oriuntur materiae Vaccinae delatrices. Doct. HUSSON ulcerationes magnas atque profundas vidit inde ortas, quae non nisi difficulter curabantur (*m*). Affluxu lymphae materia Vaccina quoque deluitur et ad procreandam pustulam Vaccinam inepta evadit. Haec igitur inoculandi methodus rejicienda videtur.

Al-

(*h*) Vid. *Saltzburg. Medicin. Chirurg. Zeitung.* 1801. No. 72.

(*i*) Vid. *Archiv für kuh und Schutzpocken Impfung von Dr.* F. F. Hessert *und* F. Pilger. Giesen und Darmstadt 1801. Zweites Stük. — Hocce opusculum inter optima hujus materiae scripta pertinet.

(*k*) Vid. *Memoire historique et partique sur la Vaccine* &c. *par* Tarbes. à Toulouse & à Paris 1801.

(*l*) Vid. *Doct.* Gautieri's *Nachricht von den fortschritten der Vaccination in Cisalpinien, in* Hufeland's *Journal der pract. Heilk.* XIII. Band. 3. St.

(*m*) Vid. *Recherches historiques et medicinales sur la Vaccine par* H. M. Husson. à Paris 1801.

Altera Methodus materiam Vaccinam corpori humano communicandi haec est; Inflicto vulnere trium ad ſex linearum, filum materia Vaccina inquinatum imponitur et hoc modo plurimae inoculationes extra Angliam factae ſunt. Huic tamen obſtare videtur, 1mo quod filum in vulnere irritationem et inflammationem facile producat ſuperfluam, et 2do quod ſanguis e vulnere profluens materiam diluere poſſit.

Patet itaque ex omnibus ſimplicem inoculationem, quae Lanceola fit materia recenti impraegnata, ceteris palmam praeripere (*n*).

(*n*) Vid. *The Report of the Cowpox Inoculation* &c. during the Years. 1800, 1801, 1802.

CAPUT IV.

DE

Materia Vaccina, ejusque Conservatione.

§. XVII. In Variolarum Vaccinarum Inoculatione nulla major requiritur cura quam in eligenda atque conservanda materia. Primum quod attinet, materia semper sumenda est ex pustula genuina, quae a materia ex vera Vaccina pustula sumta, procreata est. Dantur nimirum Variolae Vaccinae spuriae quae a veris accuratae distinguendae sunt, quoniam vim prophylacticam non habeant.

Doct. NISSEN in Holsatia quatuor species Variolarum Vaccinarum (*o*) observavit,

(*o*) Una harum etiam in Patria nostra observatur cui

vit, ex quibus nulla vim praeſervativam poſſidet, et poſuit nullas niſi Variolas lividas a Doct. JENNER primo deſcriptas, homines ab infectione ſequenti immunes reddere (*p*).

Praeterea omnes fere Angli obſervatores Variolas Vaccinas ſpurias deſcripſerunt (*q*), contra earum inſitionem praemonuerunt. Doct. HENRY JENNER (*r*) duo deſcripſit Variolarum non genuinarum genera, eorum-

---

cui nomen *de Blaar.* Errat itaque Doct. J. le Francq van Berkhey in ſuo Opusculo *Natuurkundige Vergelijkingen, ten betoge dat men de zo veel geruchtmakende Koepokken te houden hebbe voor een ſoort van* Etterblijnen, *en* Blaren, *die alöm inzonderheid in ons Vaderland, bij de Landlieden bekend zijn onder den naam van de* Blaar, *met aanmerkingen en waarnemingen over deze ſtof, en over derzelver inëntingen.* Leijden 1801.

Doct. Tellegen etiam hancce opinionem rejecit in *Diſſ. inaugural.* Groningen 1801. pag. 40.

(*p*) Vid. *Nordisch Argiv für Natur und Arzneiwiſſenſchaft herausgegen von Prof.* Pfaff *und Dr.* Scheel. Kopenhagen 1801. I. Band. 3. St. ſ. 383. ſeq.

(*q*) Vid. Doct. Jenner *in his further obſervations on the Variolae Vaccinae or Cowpox.* — Aikin in lib. citat. aliique.

(*r*) Vid. *An Adreſſ to the public on the advantages of Vaccine inoculation: with the Obſervations to it refuted by* Henry Jenner. Lond. 1800. pag. 35.

rumque ortum; prius horum oritur, ubi lac nimis diu in ubere fuerit relictum (*s*); posterius ex punctura alicujus Insecti, utrumque in homines posfunt transferri, a Variolis vulgaribus autem eos non liberare.

Datur adhuc aliud genus Variolarum Vaccinarum Spuriarum, nempe fi materia Vaccina deftruitur, five decompofitione chemica, five alio quovis modo: tunc quidem ulcerationem producit, haec autem figna Variolarum Vaccinarum characteristica non posfidet.

§. XVIII. Non tantum ut ex veficula genuina Vaccina, materia fumatur necesfe est, fed etiam ut justo tempore colligatur. A die 5ta usque ad 12mam diem materia fumi potest, fed plerumque optime die 9no, cum fluida debeat esfe atque dilucida. Nimirum post diem 11mam vel 12mam lympha fpisfior evadit, et quidem Ulcerationem cum Inflammatione topica producit, non vero pustulam genuinam Vaccinam (*t*). Ideo neque arridet modus quo Doct. SYBEL et OSIANDER inoculationes fecisfe perhibent, lympha nempe

(*s*) Hujus forte generis *Variolae Vaccinae* in nostra Patria aliquando funt obfervatae.

(*t*) Vid. *The Cowpock's Report* &c. in fuie.

pe confpisfata imo Ulceris crusta (*u*). Doct. Knaus primus erat, qui hanc inoculandi methodum commendabat, quem Doct. Oesterlé et Doct. Helwag fequebantur (*v*); Crusta nimirum ficca in pulverem redacta fputo commista in vulnere applicatur; qua methodo quoque faepius inoculavit Cel. Thomassen a Thuessink (*w*) quod fieri posfe nobis iterum asferere placuit Exp. van Wy (*x*). Doct. Hessert autem demonftravit huic inoculandi methodo, haud magnam fidem esfe habendam (*y*). Ipfe ego Londini bis ope crustae ficcatae et pulverifatae non autem fputo commistae, infectionem facere tentavi, frustra tamen.

§. XIX. Priusquam jam de materiae Vaccinae

(*u*) Vid. Ofiander's *ausführliche Abhandelung über die Kuhpokken.* u. f. w. Kap. 8.

(*v*) Vid. *Waarnemingen over Vaccine door* E. J. Thomasfen a Thuesfink enz. in *het Geneeskundig Magazijn.* twede Deel. derde Stuk. pag. 141.

(*w*) Ibid. pag. 142.

(*x*) Vid. *Algem. Konst- en Letterbode* 1803. No. 46.

(*y*) Vid. *Archiv für kuh und Schutzpocken impfung* u. f. w. *von Dr.* Hesfert *und* Pilger. Zweites und Drittes Stük.

cinae conſervatione dicam, pauca adhuc de ejus indole agendum videtur. Doct. HUSSON (z) et DUPUYTREN ni fallor, primi fuerunt, qui Materiam Vaccinam experimentis chemicis ſubmiſerunt, quique affirmant illam ex aqua atque albumine conſtare (*a*). Doct. HUNOLD poſtea quoque materiam Vaccinam chemice inquiſivit, atque experimentis demonſtare conatus eſt, materiam Vaccinam conſtare, ex Alcali volatili ſive ammonio (*b*). Cel. BREMER contra probavit, qualitates quas Doct. HUNOLD in lympha Vaccina vidit, etiam in multis aliis, corporis humoribus inveniri (*c*).

Peritisſimus GAUTIERI prae alios accurate materiam Vaccinam inveſtigavit et experimentis ſatis validis oſtendit, illam ex principio vo-

(z) Non Hurſon uti male impresſum in *het Geneeskundig Magazijn*. II. Deel. 3. Stuk.

(*a*) Vid. *Recherches hiſtoriques et medicinales ſur la Vaccine; par* H. M. Husſon &c. à Paris An. IX. pag. 102. ſeq. et Thomasſen a Thuesſink in *het Geneeskundig Magazijn*. II. Deel. 3. Stuk. pag. 134. ſeq.

(*b*) Vid. Hufeland's *Journal der pract. Heilk.* XIII. Band. 3. Stuk.

(*c*) Ibid.

volatili constare (*d*): Secundum ejus experimenta 1mo Materia Vaccina decomponitur Gas Oxygenio atque carbonico, 2do Cujusvis generis acido, 3° materia lucis, nec non calorico (*e*).

Cel. THOMASSEN A THUESSINK etiam cum materia Vaccina inquisitiones chemicas instituit quarum eventus Doct. TELLEGEN publici juris fecit (*f*).

Uti Virus Variolarum Vulgarium mercurio decomponi solet (*g*), ita etiam hocce secundum experimenta Viri Cel. THOMASSEN A THUESSINK in materia Vaccina accidit (*h*). Nimirum Vir Cel. in uno brachio insitionem faciebat Lanceola quae ante solutione Mercurii dulcis fuerat inquinata, in altero Lan-

(*d*) Errat itaque Doct. Schräger cum in eximio suo inaugurale Specimine *de fluidorum corporis animalis Chemia nosologica* Erlangae 1800 — ait pag. 16. *principium virulentum haud volatile esse videtur.*

(*e*) Vid. Hufeland's *Journal der pract. Heilk.* XIII. Band 3. St.

(*f*) Vid. *Diss. laudat.* pag. 42. seq.

(*g*) Vid. *Nouvelles experiences, faites avec le mercur dans le petite verole par* P. v. Woensel Amsterd. 1780.

(*h*) Vid. *Geneesk. Magaz.* II. Deel 3. St. pag. 140.

Lanceola pura, in utroque autem cum materia recenti Vaccina; In brachio, materia mercurio commista inoculato, plane nulla infectionis ſigna prodibant, in altero autem pulcherrimae conſpiciebantur Variolae.

Doct. JENNER ante aliquot tempus obſervavit materiam Vaccinam praecipue decomponi Sulphure (*i*), et Doct. DE CARRO opinatur effluvium picis Burgundici materiae Vaccinae nocivum esſe (*l*), de qua re ego etiam aliquid obſervavi: Menſe nempe Junii 1803, puerum inoculavi, cum genuina materia Vaccina, qui, tertio post inoculationem die, cum jam ſigna infectionis aderant, novam navem conſcindere, iterque facere coactus fuit. Post aliquod tempus illum offendens, narravit ſeſe ſexto post inoculationem die, magnam ſenſisſe dolorem, ad axillam ſeſe extendentem, parva cum inflammatione vulneris; altero die dolor atque inflammatio cesſerat, et pustula quaſi urtica facta prodierat, quae nono autem die in punctum rubrum commutata et decimo die abe-

(*i*) Vid. *A Treatiſe on the Cowpox;* &c. by George Bell; Edinburch 1803. pag. 57. et Dr. Jenner *in Disſertatione inaugurali.* Glasgow 1803.

(*l*) Vid. *The Medic. and Phyſic. Journal.* of May 1803.

aberat. Deinde iterum illum inoculavi, et veram vidi pustulam Vaccinam.

Cum itaque Materia Vaccina tam facile decomponi posſit, varios conſervandi modos excogitaverunt Viri Docti: de quibus nunc agam.

§. XX. Initio materiam in Lanceolas receptam ſiccabant atque ita conſervabant. Sed cum Inſtrumenta ferrugine inquinabantur, brevi illa methodus fuit relicta. Fila deinde materia Vaccina impraegnata, atque ſtanno tenuisſimo vel veſiculis tenuisſimis involuta, ſervabant, ita tamen non ſatis ab aëre munita, decomponebatur materia. Vitrum praeterea aptisſimum videbatur ad materiam conſervandam, quia non corroditur, neque facile calescit; igitur fila intra duo lamina vitrea veſiculis involuta collocabant, vel materiam ſupra laminas effuſa ſiccabant, qui modus huc illuc adhuc in uſu est.

Multi autem postea fuerunt, qui alios conſervandi modos excogitaverunt; ex quibus praecipuos tantum hic memorabo.

Inſtrumenta e vario metallo a nonnullis confecta ſunt, Dentiscalpia fere referentia, uti Doct. RING (*m*) et DENNETT cujus inſtru-

(*m*) Vid. *The Medic. and phyſic. Journal.* Vol. IX. pag. 64.

ſtrumentum maxime laudant HAINES et GAILLARD (*n*) vel acus inſtar ut Doct. GAUTIERI; Doct. DE CARRO commendavit cultellum eburneum in quo materia est ſiccata, quod inſtrumentum *Vaccinatoris* nomine inſignitum, quoque laudavit Doct. JENNER (*o*). GIRAUD phiala utitur perparva, quae hermetice clauditur (*p*).

Ex omnibus autem methodis quibus materia Vaccina conſervatur, imprimis arridet ista, a Doct. MARCET praecipue commendata (*q*), quae huc redit. Duae laminae efficiuntur Vitreae, quarum una ſuperficies non est polita ſed aspera, in medio cavitate parva polita, cujus diameter aequalis est $\frac{3}{8}$ pollicis, donatae; in hocce cavo materia conſervatur, et quia laminae non ſunt politae, magis ſeſe adhaerent, atque omnis aër exacte ſecluditur. Quia lympha Vaccina, materia lucis decomponi potest, Doct. MARCET ſuadet laminas, colore quodam obducere veſiculisque involvere.

De-

(*n*) Ibid. pag. 363. et of July 1803. pag. 40. et 41.

(*o*) Vid. *The Medic. and phyſic. Journal* of May 1803. pag. 457. et of June 1803. pag. 541.

(*p*) Ibid. of May 1803. pag. 397.

(*q*) Ibid.

Denique alii parvis lagunelis cum episthomio vitreo oblongo utuntur (*r*). Multi etiam materiam Vaccinam in Gas aſotico conſervare tentaverunt, quod Doct. PEARSON commendavit (*s*), et HUNOLD; BREMER nec non GAUTIERI confirmarunt (*t*).

Ex hisce omnibus patet materiam Vaccinam caute eſse tractandam, neque luci, calori, frigori (*u*) aërique exponendam.

(*r*) Vid. Cel. Thomasſen a Thuesſink *in het Geneesk. Magaz.* II. Deel 3. St. pag. 145.

(*s*) Vid. *The Medic. and phyſic. Journal* of September 1800. pag. 660.

(*t*) Vid. Hufeland's *Journal der pract. Heilk.* XIII. B. 3. St. ſ. 147.

(*u*) Doct. Hunold inoculationes fecerat absque ſucceſſu, quia lympha Vaccina congelata fuerat Vid. *Reichs Anzeiger* 1801. N°. 189.

CAPUT V.

DE

Iis, quae circa insitionem observanda sunt.

§. XXI. Si Variolarum Vaccinarum Inoculatio bene cedet, observandum est, ne incisionem tantam faciamus, ut sanguis effluat, quo materia Vaccina facile deluitur; Phlebotomum igitur angulo acuto sub epidermide optime applicatur.

Quando cum materia sicca inoculationem facimus non magna aquae copia materia humectanda est, ne nimis iterum diluta evadat, neque aqua calida adhibenda, quia calore materia decomponitur, nec etiam sputo, quod sputum nonnullis morbis degeneratum invenitur (v), vel expiratione quoniam Gas carbo-

(v) Cognitum nimirum est, Sputum in Scorbuto, in nonnul-

bonicum exſpiramus, quo lympham Vaccinam decomponi vidimus, ſed aqua pura atque tepida.

Inſitione facta etiam nullis Emplastris tegenda ſunt Vulnuscula, quibus inflammatio ſaepius acceleratur (*w*).

Omni anni tempore Variolae Vaccinae inoculari posſunt omnique aetate (*x*). Ipſe ego infantem 7 dierum bono eventu inoculavi, quod tamen non imitandum videtur, quoniam in illa aetate facillime oriri ſolent convulſiones uti recte obſervavit Doct. Moss (*y*).

Alius morbi praeſentia nobis etiam inoculationem non disſuadet, complures nimirum Londini inſitiones, alio durante morbo, optimo ſuccesſu factae ſunt (*z*). Exceptio autem

nullis Pancreatis, Lienis, Hepatisque morbis omnino inquinatum esſe.

(*w*) Vid. Hunold's *Verſuche in* Hufeland's *Journal der pract. Heilk.* XIII. Band 3. St. ſ. 149.

(*x*) Vid. *The Cowpok's Report.* pag. 30. &c. Dr. Jenner feliciter infantem 20 horarum inoculavit Vid. Hufeland's *Journ. der pract. Heilk.* X. Band. 2. St. ſ. 174.

(*y*) Vid. William Moss, *praktiſche Abhandlung über die phyſiſche Erziehung der Kinder* &c. &c. Leipzig 1799.

(*z*) Vid. *The Cowpok's Report.* &c. pag. 47.

tem locum habere videtur in nonnullis morbis cutaneis.

Doct. DE CARRO casum narrat (*a*) inoculationis, in infante crusta lactea laboranti, ubi Eruptionem multarum pustularum cum tumore totius faciei, quo oculi per 6 dies claudebantur, observavit; ego quoque infantem crusta serpigenosa (quae saepius a crusta lactea non bene distinguitur (*b*)) laborantem inoculavi; Ad 8vum usque diem decursus erat regularis, 8vo autem die convulsiones aderant, 9no eruptionem vidi multarum pustularum Vaccinarum, postquam crustae deciderant nullam autem invenimus crustam serpigenosam neque etiam postea secutam percepi.

Ante aliquod tempus occasio mihi quoque fuit inserendi, ancillam Pemphigo laborantem: 7mo die febrem habebat vehementissimam cum dilirio, 8vo die pustulam vidi Vaccinam cum areola haud magna purpureo-nigricante et dolore axillarum, 9no die tempore matutino iterum febris sequebatur vehementissima, et tempore vespertino illam visitans nonnul-

---

(*a*) Vid. *The Medic. and physic. Journal* of May 1803. pag. 454.

(*b*) Vid. Eximium librum *Ideën zur Diagnostik von* J. E. Wichmann. Hannover 1800. Eerster Band. pag. 45—64.

nullas vesiculas in veras pustulas Vaccinas commutatas inveni, sine areola autem erant, et praecipue manibus prodierant, atque nunc morbus regularem tenebat decursum, in loco autem quo insitio facta fuerat Essera oriebatur aqua phagadenica tandem curabilis, neque infelicissima illa Virgo morbo est liberata.

Nimia materiae quantitas quoque in insitione non adhibenda est; Sicut nimirum in Variolis Vulgaribus verum est morbum parva materiae quantitate, qua in inoculatione utimur, benigniorem fieri uti affirmant Doct. CHRETIEN (*c*) et FORDYCE (*d*) ita etiam in Variolis Vaccinis locum habere posse, docuit Cel. THOMASSEN A THUESSINK (*e*) quod tamen Angli observatores negant (*).

Patet itaque ex omnibus inoculationem caute esse faciendam, neque cuilibet homini relinquendam, sed a Viro in arte perito institui debere.

C A-

(*c*) Vid. ejus *Opuscule sur in inoculation de la petite verole avec quelque reflexions sur la Vaccine* &c. An. IX.

(*d*) Vid. *Transact. of a Society for the improvement of medical and chirurg. Knowledge.* London. — Vol. I.

(*e*) Vid. Thomassen a Thuessink *in het Geneesk. Magaz.* II. Deel 3. St. pag. 151.

(*) Vid. *Cowpock's Report* &c. in fine.

CAPUT VI.

DE

Variolarum Vaccinarum decursu, symptomatibus, eorumque Curatione.

§. XXII. Si omnis cura, Capite IV. et V. commendata, in inoculatione fuerit adhibita, tertio vel quarto die parva prodit macula, pulicis puncturae simillima, quae supra cutem aliquantulum eminet, et sexto vel septimo die in parvam vesiculam abit quae non die major fit, ita ut diameter $\frac{2}{10}$ aut $\frac{4}{10}$ pollicis adaequat, plerumque areola purpureo-rubescenti circumdata, concomitante interdum febrecula. Die undecimo Vesicula exarescere incipit, in centro concidit nigrescit atque areola sese magis extendit. Decimo quarto (plerumque serius) Variola crustam

tam format circumſcriptam, prominentem, nigricantem, ſive potius coloris ligni Mahagoni, quae firmiter cuti adhaeret; areola nunc magis atque magis quoque evanescit; Raro ante vigeſimam diem crusta decidit, cicatricem per totam vitam relinquens. Hic regularis morbi est decurſus (*f*); Videmus autem ex variis Doctorum obſervationibus hunc regularem decurſum non ſemper locum habere, ſed morbum interdum ab illa normali via recedere, atque alia etiam ſympthomata morbo accedere, de qua re nunc agendi occaſio est.

§. XXIII. Totus morbi Varioloſi decurſus aliquando justo tempore tardior fit, ita ut veſicula, quae regulariter die ſexto vel ſeptimo conſpicitur, nono, decimo, imo duodecimo die tandem appareat.

Nonnunquam hoc fieri ſolet in temperamento (ita dicto) phlegmatico; in conſtitutione asthenica, ubi irritabilitatis est defectus, parva vini generoſi quantitate tunc morbi decurſus accelaratur, uti obſervavit Doct. COLON (*g*). Hancce autem morbi retardatio-

(*f*) Vid. Praeter alia ſcripta *The Cowpock's Report* &c. pag. 128.

(*g*) Vid. *Histoire de l'introduction et des progres de la Vac-*

tionem, etiam aliis morbis v. gr. Tuiſſi convulſivae et ſcarlatinae aliquando deberi, in Germania ſurit obſervatum; ab Influenſa quoque Catharrali ſemper fere in Anglia retardatio orta est (*). Aliquando etiam citius quam fas est decurrit morbus, ita ut die decimo-octavo crusta jam deciderit (*h*) imo interdum die duodecimo.

§. XXIV. Num areola, quae vulgo die nono vel decimo apparet, ſignum eſſet Variolae Vaccinae characteristicum, haud parva inter Eruditos fuit disſenſio: fortasſe autem haec est orta, quia Obſervatores haud ſatis distinguerunt circulum illum purpureo-rubescentem, qui veſiculam ipſam circumdat et ubi ſemper cutis aliqua durities adest, atque Erythema quod totam Veſiculae peripheriam ab unius pollicis latitudine, ad tres usque circumdare ſolet. Circulus iste purpureo-rubescens ſemper adesſe videtur, et ſine illo Variolas Vaccinas prophylactica dote carere ſtatuunt Cel. THOMASSEN A THUES-

SINK

Vaccine en France par Francois Colon. à Paris. an. IX. III. Sect. pag. 221.

(*) Ibid. pag. 44.

(*h*) Vid. *The Cowpock's Report* &c. pag. 67.

SINK (*i*) Cel. HECKER (*k*) Doct. GRAMBERG (*l*), multiqne alii; ego quoque numquam veram vidi Vesiculam Vaccinam absque modo dicto circulo.

Areola autem major rosacea, Variolis Vaccinis adesse non necesse videtur, etiamnum plerumque conspici soleat. Hujus opinionis defensores praeter alios Angli quoque sunt Observatores (*m*).

Circulus rubeus jam jam descriptus, in aliis major, in aliis autem minor conspicitur, quod a majori vel minori cutis irritabilitate dependet, hinc major in infantibus minor autem in adultis (*n*), major in incisione inoculatis, quam in illis, quibus punctura Vaccinum Virus est communicatum. In nonnullis hic circulus quin et areola tota quoque purpureo-nigricantis conspicitur coloris (*o*), quod

(*i*) Vid. *Geneesk. Magazyn.* II. Deel. 3. St. pag. 108.

(*k*) Vid. *die Pocken sindt ausgerottet! von Prof.* Hecker. 1. Abth. pag. 208.

(*l*) Ibid. 2. Abth. pag. 83.

(*m*) Vid. *Cowpock's Report* &c. pag. 26.

(*n*) Vid. *Geneesk. Magazijn.* pag. 108.

(*o*) Vid. *Abbildungen der ächten Schutzblattern nebst* er·

quod a cutis majori rubedine in ſtatu naturali, dependere videtur (*p*).

§. XXV. Febris a multis in Variolis Vaccinis eſt obſervata, die nimirum nono vel decimo; et anne ſignum characteriſticum ſit habendum, diſſentiunt Viri Docti.

Doct. JENNER, PEARSON et WOODVILLE jam initio febrem obſervaverunt (*q*). Cel. OSIANDER duas deſcripſit Variolae Vaccinae febres; una nimirum oritur ſi Eruptio ſit, altera quando lympha puſtulae Vaccinae replentur (*r*), quam tamen ſententiam recte rejecit Cel. HECKER (*s*). Doct. GRAMBERG ſine febre Vim praeſervativam non admittit (*t*): permulti quos Doct. JOERDENS

erklärung; u. ſ. w. *von Doct.* Dörner. Stuttgart 1801. 1. Abth. ſ. 208. ſeq.

(*p*) Vid. *Die Pokken ſindt ausgerottet! von Prof.* Hecker. 2. Abth. pag. 67.

(*q*) Vid. Hufeland's *Journal der pract. Heilk.* X. Band. 2. St.

(*r*) Vid. ejus *Lib. laudat.* pag. 101.

(*s*) Vid. ejus *opuscul. laudat.* 1. Abth. pag. 163.

(*t*) Vid. *Oldenburgiſche Wöchentliche Anzeigen.* 1801. No. 27. in *die Beilage.*

DENS inoculaverat febrem pasſi ſunt (*u*) ita etiam *omnibus* a Doct. SCHWARZ inoculatis febris aderat (*v*). Doct. SCHÄFER Variolas Vaccinas ſine febre non adesſe posſe demonſtrare tandem conatus est (*w*). Cel. autem THOMASSEN A THUESSINK (*x*), Doct. AUBERT (*y*), multique alii febrem non esſe ſignum Characteristicum, (ſaepisſime enim illam abesſe) ſtatuunt.

Res mihi huc redire videtur: Febris, quae in Variolis Vaccinis obſervatur, oritur ab irritatione topica, conſenſualis itaque est; ſi igitur inſitio facta est in corpore irritabili, facilius inde adficitur et actio tanta fit, ut reactio in corpore, ſenſibus percipiatur, corpus autem cui minor irritabilitatis copia inest, a parva irritatione minus afficitur, et actio non tanta est, ut reactio ſenſibus percipi posſit. Parva nimirum irritatione hos affici vidimus, quam illos plane non perſentiunt; hi

(*u*) Vid. Hufeland's *Journ. der pract. Heilk.* XV. Band. 1. St. pag. 43.

(*v*) Ibid. XV. Band. 2. St. pag. 134.

(*w*) Vid. Eximium opusculum *Beitrag zur Theorie der Englische Pokken impfung.* Regensburg 1802. pag. 24.

(*x*) Vid. *Geneesk. Magazijn.* II. Deel. 3. St. pag. 107.

(*y*) Vid. opuscul. Heckeri laudat. 1. Abth. pag. 100.

hi ab acus punctura, febre corripiuntur alii interdum non a Vulnere quamvis maximo; hinc febris rarius in adultis, ſaepius autem in infantibus obſervatur. Si itaque febrem non obſervamus et ceterum morbi decurſus regularis ſit, Variolis Vaccinis vim praeſervativam non esſe negandam ſtatuo.

Febrem hancce ſemper cum areolae magnitudine esſe connexam, ſtatuerunt nonnulli Viri docti, quod tamen alii recte negare auſi ſunt. Areola nimirum valde magna, ſine febre, atque iterum febris ſine ulla ariolae ſpecie fuit obſervata (z).

Febris, quae plerumque die nono vel decimo ſeſe manifestat, a nonnullis 4to 5to 6to 7mo 8vo imo 11mo quoque die fuit obſervatum (a). Si quarto die febris orta est plerumque nono, decimo, vel undecimo altera oriri ſolet, uti recte obſervavit Cel. HUFELAND (b). Saepe primus febris paroximus aliis vehementior est, ſequentes tum mitiores fiunt,

---

(z) Ibid. pag. 28 & 29.

(a) Vid. *Beobachtungen über die Kuhpokken* u. ſ. w. von A. F. Nolde *Prof. zu Rostock.* Erfurt 1802. pag. 120. ſeq.

(b) Vid. *Bibliotheek der Pract. Heilk.* von C. W. Hufeland. 7. Band. No. 111. pag. 69.

fiunt, aliquando etiam contrarium locum habere asseruit Cel. NOLDE (*c*).

§. XXVI. Sympthomata, quae Variolis Vaccinis comitantur, alia pluries alia rarius observari solent. Inflammatio quae die 3tio, 4to vel 5to, in loco inoculationis interdum adest, atque totam brachii peripheriam occupat, post Doct. JENNERUM quoque ab aliis observata est; Initio contra hanc Doct. JENNER Alkali cum calce commendabat (*d*), quod tamen rejecit Doct. WOODVILLE (*e*). Si haecce inflammatio magna fit, facile inde regularis morbi decursus impeditur, atque tum medicamenta illi opponenda sunt. Doct. WOODVILLE huic affectioni lotionem *Saturninam* opponere solet, cujus utilitatem Cel. THOMASSEN A THUESSINK quoque affirmavit (*f*). Cum autem inflammatio per magna est, secundum JENNERUM (*g*) potius *Mercurio Nitroso* vel *Unguento Mercuriali* utimur.

Symp-

(*c*) Ibid. pag. 68.

(*d*) Vid. Hufeland's *Journ. der. pract. Heilk.* X. Band. 2. St.

(*e*) Ibid.

(*f*) Vid. *Geneesk. Magazijn.* II. Deel. 3. St. pag. 140.

(*g*) Vid. *An Inquiry into the Causes and Effects of the Variolae Vaccinae* &c.

Sympthomata, quae febrem comitantur, et quorum nonnulla vel etiam omnia adesse possunt, vulgo sunt capitis dolor, pallor, virium depressio, tristitia, frigor cui calor succedit (*h*); rarius, nausea, vomitus, sudor, Diarhoea, lingua sordida teter odor (*) atque sitis; rarissime autem Calor mordax (*i*) nimis Urinae secretio (*) Convulsiones, Dilirium (*k*). Nonnulla autem horum Sympthomatum, saepius ab alio accedente morbo, (v. gr. dentitione, scarlatina) dependere videntur.

Dolor axillaris qui aliquando die nono vel decimo observatum, non uti male statuerunt nonnulli Observatores, signum est Characteristicum (*l*).

Do-

(*h*) Vid. *Cowpock's Report* &c. pag. 32.

(*) Vid. Hufeland's *Journ. der pract. Heilk.* XVI. Band. 3. St. pag. 38. et *Beobachtungen über die Kuhpocken von Prof.* Nolde.

(*i*) Vid. Hufeland's *Journ. der pract. Heilk.* XV. Band. 1. St. pag. 13.

(*) Vid. Nolde &c.

(*k*) Vid. *Cowpok's Report* &c. pag. 32.

(*l*) Vid. *Geneesk. Magazijn.* II. Deel. 3. Stuk. pag. 108. *Cowpock's Report* &c. in fine.

Dolor hicce plerumque ſub axilla brachii inoculati ſentiunt; Doct. Schäfer autem ſub utraque axilla illam obſervavit (*m*). Ego, in puero 14 annorum non tantum dolorem ſub utraque axilla verum etiam tumorem glandularum inguinalium vidi, quod a Doct. Schäfer quoque obſervatum est, in caſu nempe, ubi inoculatio in pede fuerat facta.

Si tumor glandularum ſub axillarium tantus invenitur, ut ſuppuratio inde ſit timenda, omnino a Cataplasmatibus abſtinendum est; adhibeatur potius *Mercur. Nitroſ.* vel quo ego optimo eventu uſus ſum, fomento ex *aqua Calcis* cum granibus aliquot *Mercur. Corroſivi.*

§. XXVII. Eruptiones varii generis in Variolis Vaccinis obſervatas esſe, non autem ſignum exhibere characteristicum, Capite II[do] vidimus.

Ut ordine autem aliquo de hacce materia agamus, Eruptiones dividimus, in illas quae a Contagio aliquo durante morbo Varioloſo excitatae ſunt; illas, quae aliquando Variolis Vaccinis quidem accedunt, tamen evi-

(*m*) Vid. ejus Opuscul. laudat. Sect. 6.

evitari posſunt; eas, quae Variolis Vaccinis propriae ſunt; tandemque in eas quae a Variolis Vaccinis excitantur iisque ſubſequantur.

Eruptiones, quas Doct. WOODVILLE in Noſocomio Londinenſi obſervabat, quaeque Variolis vulgaribus erant ſimillimae, ſolum a contagio Varioloſo vulgari exoriebantur. Multae initio in Germania pustularum Eruptiones a Scarlatina dependebant, quae tunc temporis, diverſis locis Epidemice grasſabatur, ſive nonnumquam etiam a rubeolis. Doct. MICHAËLIS Variolas obſervabat bullatas, quae Variolarum Vaccinarum tempore prodibant (*). Angli obſervatores pulchre complicationem Variolarum Vaccinarum cum Variolis Verucoſis, morbillis, atque Scarlatina anginoſa, deſcripſerunt (*n*). Eruptiones ſaepisſime quoque in infantibus, a ſuperveniente Dentitione, fuerunt excitatae.

Eruptiones, quae aliquando Variolas Vaccinas comitantur, interdum diaeta congrua evitari posſunt. In hoc morbo nimirum, uti in mul-

(*) Vid. Hufeland's *Journ. der pract. Heilk.* XI. Band. 3. St. pag. 161.

(*n*) Vid. *The Cowpock's Report* &c. pag. 42. ſeq.

multis quoque aliis, verum est, tractationem nimis calidam nocere, atque Eruptiones excitare posse. Mense Julii atque Augusti, Angli Observatores saepius videbant Eruptionem urticariam magna cum inflammatione, quae postea mense Septembris cessaverat (*o*). Ego etiam die nono purpuram miliarem observavi, quae die 12mo postquam Infans magis temperate fuerat tractata, evanuit. Aliquando Eruptio tineae instar, in facie oriebatur, quoniam illa, Vaccina lympha fuerat inquinata (*p*). Semel mihi Herpeticam Eruptionem observandi fuit occasio, quae in brachio, prope institionis locum erat sita, quaeque tandem septima hebdomade, Solutione *Mercur. Corros.* curabatur.

Licet plerumque ab aliis causis, Eruptiones in Variolis Vaccinis excitari videantur, tamen haud negandum est, aliquando ab ipsis Variolis Vaccinis absque ulla alia causa, eas pendere.

Cum in Anglia tum in Germania, peculiarem istam Eruptionem observaverunt Viri Doc-

(*o*) Ibid. pag. 60.

(*p*) Vid. *The Cowpock's Report* &c. pag. 81.

Docti. Urticariae est indolis, oritur plerumque die 15to usque ad diem vigesimum, interdum febris hancce Eruptionem antecedit, prurigo interdum vix tolerabilis adest; Doct. KAPPS Lipsiae illam Scabiei similem vidit (q). Angli hancce Eruptionem sub nomine *Esserae Vaccinae* descripserunt (r). Hujus quoque generis Exanthema erat, quod Cel. THOMASSEN A THUESSINK in infante 14 mensium observabat (s). Eruptiones, quas Doct. STROMEYER et BALHORN sub nomine *pimples* descripserunt itidem hujus generis fuisse videntur. Aliquando haec Eruptio procedit postquam aliud, exanthema antecesserit; pluries, circa inoculationis locum tantum observatur. Nonnumquam etiam die 4to, 5to, 6to, 7mo, 8vo, 9no quin et 10mo Eruptio vel per totum corpus, vel in aliqua illius parte conspicitur, quae pulicis puncturae similis est, nec cuti prominet, ab horae minutis nonnullis, us-

(q) Vid. *Die Pokken sindt ausgerottet! von Prof.* Hecker. 2. Abth. s. 35.

(r) Vid. *The Cowpock's Report* &c. pag. 33. seq.

(s) Vid. *Geneesk. Magazijn.* II. Deel. 3. St. pag. 113.

usque ad ſex dies quin et longius obſervatur.

Post Variolas Vaccinas nonnulli, Eruptiones obſervaverunt: ita ½ anno post Inoculationem Doct. Müller Eruptionem vidit (*t*) quae tamen ab alia cauſa excitata fuisſe videtur. Cel. Thomassen a Thuessink (*) a Cel. Odier audivisſe narrat, caſum ubi apud puellulam, altero post inoculationem anno, pustulam Vaccinam in altero brachio prodierat. La Grange caſum communicavit ubi post duas menſes ſua ſponte Variolae Vaccinae eruptae fuerant (*u*). Alii in diverſis Corporis locis, Variolas Vaccinas obſervaverunt, quae postea ſequebantur (*Napokken*), aliquando autem hae Variolae ſecundariae ab infectione fortasſe, manibus lympha Vaccina inquitatis, fuerunt ortae. Hujus generis infectionem matris, ab infantis Vaccina pustula, obſervavit Doct. de Carro (*v*). Nonnulli quoque varii generis Exan-

(*t*) Vid. Hufeland's *Journal der pract. Heilk.* XV. Band. 3. St. pag. 74. ſeq.

(*) Vid. *Geneesk. Magazijn.* II. Deel. 3. St. pag. 113.

(*u*) Ibid. ——

(*v*) Vid. *the Medic. and Phyſic. Journal* of May 1803. pag. 452.

Exanthemata *post* Variolas Vaccinas obſervaverunt, num autem ſemper *propter* Variolas Vaccinas esſent, nondum ſatis est probatum. Ut hae autem Eruptiones evitarentur, Angli Medici *Calomel cum Rheo* commendaverunt, quod alii etiam affirmarunt, Cel. THUESSINK *Calomel. ſulph. aurat. Rheo et Magneſia* utebatur. Cel. tandum HUFELAND *Calomel. cum Jalappa* ſuadet (*w*).

§. XXVIII. Post regularem Morbi decurſum, atque postquam Crusta, quae ita peculiaris est, ut a nulla humani corporis affectione, ſimilis producatur, post 20 diem decidit, cicatricem vidimus, quae vulgo per totam vitam permanet, quia parva cavitas fere nunquam repletur.

Variola Vaccina nimirum nihil aliud esſe videtur, niſi *Anthrax* ſive parvus Carbunculus; Crusta orta videtur ex parte gangrenoſa, quae gangrena, inflammatione Virus Vaccino promota, oritur. Areola ſive Erythema ab irritatione excitatur, atque cicatrix, a ſeparatione partis gangrenoſae cutis oriri videtur (*x*).

Ex

(*w*) Vid. Hufeland's *Journ. der pract. Heilk.* XVI. Band. 3. St. pag. 62.

(*x*) Vid. *Cowpock's Report* &c. pag. 64.

Ex omnibus autem hisce patet, 1mo ut Morbus Variolosus Vaccinus aliquando irregularem teneat decursum, 2do ut in dijudicando morbo, omnia Sympthomata simul conferamus, ut iis videamus, num Variolae Vaccinae Spuriae sint an Verae; quod recte quoque Vir Cel. THOMASSEN A THUESSINK praemonuit (y).

(y) Vid. *Geneesk. Magazijn.* II. Deel. 3. St. pag. 107.

CAPUT VII.

DE

Variolarum Vaccinarum praeſtantia.

§. XXIX. Variolarum Vaccinarum praeſtantiam, ita omnes fere agnoscerunt, ut vix aliquid adjungere, necesſe habeam. Earum vis prophylactica cognita, atque validisſimis experimentis est probata; Exempla quae contrarium probarent, aut refutata, aut aliis validioribus experimentis, enervata ſunt (z). Remedium mitisſimum contra dirisſimum

(z) Exemplum quod in Patria nostra contra *Variolarum Vaccinarum* vim prophylacticam expoſuit Doct. Lycklama a Nyholt, experimentis, quae nuper inſtituit Exp. Evrard ſatis quoque enervatum ap-

mum Morbum, in frigida Septentrione, aeque ac in calidisſimis Africae regionibus, benignisſimum est, et grato animo arripiendum (*a*).

Novam Inoculationem magna quoque prae vulgari inoculandi methodo, gaudere utilitate, quis negaverit.

Vul-

---

apparet; de qua re vide *Nieuwe Vaderlandſche Bibliotheek.* VII. Deel. No. 16. *in de Mengelſtukken* bladz. 726.

(*a*) Non posſum non, quin de nova inoculatione dicam, quod Eximius aliquando Berolinenſis Medicus Herz de Inſitione antiqua pulchre dixit. (Hufeland's *Journ. der pract. Heilk.* XII. Band. 1. St. ſ. 7.) „das Einimpfen ist nicht mehr ein Spiel, es ist „eine Sache der Berechnung, deren Reſultat, die „*heilſamſte Folgen* von einer gewisſheit ist, deren „kein anderes in unſerer kunst fähig ist, und auſer „in der Mathematik ſchwerlich eines in irgend „einer praktiſchen Wisſenſchaft oder Kunst in einem „höheren Grade beſitzt, und wer jetzo noch über „die Wohlthätigkeit dieſer Operation Zweifel auf. „zu werfen anternähme, verriethe offenbar die „gröbſte Unwisſenheit, oder den ſtarrſten Eigenſinn. „Ja die Gewisſheid erſcheint mir auf einer ſolchen „ſtufe, dasſ ich es für eine gleich grosſe pflicht „der Elteren halte, ihre kinder einimpfen zu las„ſen, als ihnen Nahrung zu geben, vor offenbarem „Ungemach zu ſchützen and in ihren Krankheiten „ſie nicht hülflos zu lasſen."

Vulgaris Inoculatio felicisſime licet abſoluta, non ſemper tamen homines a morte ſervare poteſt, ſed aliqui inde moriuntur, ab Infectione nova nullus fuit mortuus: Inoculatio antiqua vehementisſimum aliquando producit morbum, Variolae Vaccinae vix morbi nomen merentur: Morbus Varioloſus Vulgaris, ſaepisſime deformitates per totum vitam relinquit, quae a Variolis Vaccinis utique non proveniunt: Infectio Vulgaris, ſaepius per totam familiam, imo per totam Urbem, miasma diſpergere vidimus, Vaccinum virus numquam niſi infectione topica communicatur: Inoculatio antiqua non niſi magna cura facienda est, cum materia Vaccina inſerere posſumus, omni tempore, omnique aetate, in infantibus (*) aeque ac in adultis, in gravidis, imo in aegrotis; Inoculatio Vulgaris haud parum mortalitatem diminuit (b); Variolis Vaccinis totum hu-

(*) Doct. Jenner infantem 20 horarum inſeruit felicisſimo eventu: quod vide in Hufeland's *Journ. der pract. Heilk.* X. Band. 2. St.

(b) Vid. *An Account, extracted from the parisch registers of Boston in the Country of Lincoln, of the numbers of perſons baptized and buried and of the number of deaths by the Small-pox within each year, from the year* 1749 *to* 1802, &c. &c. *by* Samuel Patridge M. A. F. S. A. *Vicar of Boston.* March 21. St. 1803. *in the Cowpock's Report.*

humanum genus a morbo liberatur, et nemini adhuc exinde aliquid mali accidit.

Doct. ADDINGTON (*c*) atque RING (*d*) tabulas ediderunt, quibus uno intuitu Variolarum Vaccinarum praeſtantia prae Variolarum Vulgarium inſitione videri potest.

Cum itaque Variolarum Vaccinarum tanta est benignitas, ut morbus quo circiter 408,000 (*e*) homines, ſingulo anno in tota Europa e medio tolluntur, iis deprimatur, quid magis optandum est, quam ut infantes omnes inſerantur, et publica auctoritate inoculatio omni cura promoveatur.

(*c*) Illurt. Comes Harrach Viennae, hujus tabulae ab Addington editae, Germanicam Gallicamque procuravit translationem, quae in populum est dirperſa, quamque Magiſtratus per omnes Imperii Partes publicare curavit.

Vid. *A Letter of Dr.* de Carro *to Dr.* Marcet in *the Med. and phyſic. Journal* of September 1803. pag. 242.

(*d*) Vid. *A Table ſhewing the advantages of Vaccine Inoculation by* John Ring in *the Med. and phyſic. Journ.* of June 1803. pag. 548.

(*e*) Reverendiſſ. Patridge numerum ad 407,901 definivit Vid. *The Cowpock's Report.* pag. 102.

*

C A-

CAPUT VIII.

DE

Variolarum Vaccinarum

contra

alios Morbos Effectu.

§. XXX. Initio nonnulli Viri Docti Variolas Vaccinas, Virus aliquod, in corpore humano relinquere, ſuspicati ſunt, quod post longum temporis ſpatium, morbum quendam vehementisſimum procreare posſet. Verum haecce opinio ſatis ſuperque est refutata, quin patuit Variolas Vaccinas interdum aliis morbis praeter *Variolas Humanas* curandis ſufficere; quod neque difficile videtur explicatu. Variolae nimirum Vaccinae irritationem producunt, qua plures morbos haud raro curari posſe, vidimus; ſic Pſora aliquando morbum ſugavit, qui antea vix ſanandus erat, ſic Veſicatoria proſunt aliaque bene mul-

multa. Tamen Variolas Vaccinas omnino non *panaceam* esse, certo constat, neque etiam semper earum inoculatione alios morbos curari, Angli praeter alios observaverunt (*f*).

§. XXXI. Videamus nunc quibusnam morbis medendis Variolae Vaccinae aliquando inservire, fuerint observatae. Cel. HECKER magnam Variolarum Vaccinarum utilitatem invenit, in sanitate aegrotantium infantum restituenda (*g*). Cel. HUFELAND nonumquam, morbos cutaneos chronicos inde sanatos vidit (*h*); Idem etiam alii observaverunt. Doct. COLON, cui de hac re plurimas observationes debemus, Variolarum Vaccinarum insitione, vehementissimam Diarhaeam sisti et surditatem aliis remediis curari nesciam, inoculatione sablatam esse vidit (*i*), in aliis etiam morbis Variolarum Vaccinarum usum omnino laudavit, et Dentitionem semper tempore Variolarum Vaccinarum faci-

---

(*f*) Vid. *the Cowpock's Report* &c. pag. 48.

(*g*) Vid. Ejus Opuscul. laudat. 2 Abth. f. 79.

(*h*) Vid. Ejus Diarium laudat. XVI. Band. 3. St. f. 62.

(*i*) Vid. Cel. Hecker in Opusc. laud. 2. Abth. f. 80.

faciliorem obſervavit (*k*). Cel. HECKER eximiam earum utilitatem in curandis morbis Scrofuloſis admiravit (*l*), quod et Doct. HUSSON asſeruit (*m*). Fuerunt praeterea qui illarum Inſitione tusſim Convulſivam ſublatam viderunt, quod et ego ſemel obſervavi: illud vero non ſemper fieri, mecum communicavit Cel. MULDER.

Doct. DE BEER Medicus Ocularius Viennae eximius, per omne id tempus, quo Variolarum Vaccinarum Inſitio ibi fuit introducta, Ophtalmiam Varioloſam plane non vidit, cujus morbi 50 Caſos, ſingulis annis ante obſervaverat (*n*).

Non tantum in Europae Regionibus, earum utilitatem in ſanando aliquo morbo obſervaverunt Eruditi, verum etiam in aliis orbis terrarum partibus, contra alios morbos, inprimis contra Peſtem.

Doct.

(*k*) Vid. *Histoire de l'introduction et des progres de la Vaccine en France par* F. Colon &c. ubi ipſa Auctoris verba „ La dentition a en général paru „ plus facile dans la Cours de la Vaccine."

(*l*) Vid. Ejus Opusc. loco modo laudat.

(*m*) Vid. *Recherces historiques et Medicinales de la Vaccine par* H. M. Husſon &c. pag. 87.

(*n*) Vid. *Med. and phyſic. Journ.* of September 1803. pag. 243.

Doct. Lafont in Salonica cum Pestis ibi vehementer grasſabatur, Filium Angli Mercatorum Conſulis inſerebat; duo famuli in eadem domo, peste e medio tollebantur, filius etiam nonnulla ſed leviora pestis ſympthomata perpasſus est, et ſanatus (*o*). Doct. Smith in Smirna tres homines cum materia Vaccina inoculavit, quos omnes a peste liberos manſisſe, ab eo Londini percepimus.

Doct. Aubon Conſtantinopoli longe plura hujus rei exempla vidit, ſcilicet ex 6000 hominibus, quos Vaccina materia inoculaverat, nullus Peste adficiebatur et infantes, uberibus matrum dirisſimo morbo laborantium admoti, continua fruebantur ſanitate. Medicus praeterea Italus, postquam Vaccinio fuerat infectus, quam plurimos aegros Peste decumbentes viſitavit. Denique in urbis Conſtantinopolitanae vicinio, ubi inoculatio Variolarum Vaccinarum erat introducta, Pestis non admodum fuit propagata (*p*).

(*o*) Vid. *A letter of Dr.* de Carro *to Dr.* Jenner *in post ſcript. in the Med. and phyſic. Journ.* of May 1803. pag. 456.

(*p*) Haec omnia conſtant ex literis, quas Doct. de Carro d. 23. Aug. 1803. dedit Doct. Haug, Vid. *The Merchant.* No. 145. 17. Septb. 1803.

CAPUT IX.

DE
Variolis Caprinis et Infitione aliorum Animalium
cum
Materia Vaccina.

§. XXXII. Variolae Vaccinae, non tantum in homines tranferri posfunt, verum etiam quibusdam animalibus; imo nonnullis eorum aeque ac Vaccis propriae videntur, et praecipue quidem *Capellis*, quarum Variolae, Vaccarum Variolis funt fimillimae, ita ut vi prophylactica quoque gaudent, quod primus, obfervavit Vir Cel. JOANNES JOSEPHUS HEYDECK, Linguae Hebraicae Profesfor Ordinarius, in Collegio Regali Santi Ifiodori, quod Madriti est. Hic fcilicet cum ammadverterat Capellas Variolis pati, quae Variolis Vac-

Vaccinis plane ſunt ſemiles, Vim prophylacticam in iis ſuſpicabatur, et Die 18. Februarii anni 1803 de hac re litteras mittebat ad Illuſtrisſimum PETRUM CEVALLOS, qui primus in Hispania ab actis est. Illuſtr. ille Vir, hocce inventum cum Membris Societatis Medicorum Regalis, literis datis, *Aranjuez* 23. Febr. communicabat, ſimulque iis Regis mandatum mittebat, ut rem penitius inquirerent. A Societate itaque Regali delegati ſunt, Doct. IGNATIUS MARIA LUIZ DE LUZURIAGA atque PETER HERNANDEZ ut ſimul cum Cel. HEYDECK facerent experimenta. Die 28. Maji 1803 Chirurg. NICHOLAS DIEZ moderante Doct. HERNANDEZ, duos infantes, puerum atque puellam materia Caprina inſerebat. In puellula autem nulla prodibant ſympthomata, ſed cognitum fiebat, illam jam antea Variolis Vulgaribus laboraviſſe. In puero, a die 5to usque ad 7^mum^ febris obſervabatur, et in Inſitionis locis Veſiculae prodibant. Areola conſpiciebatur ſimlis fere areolae Vaccinae: Eruptio in brachio inoculato prodibat, quae Urticarii erat generis *Pimples* nomine cognita; Morbi decurſus, celerior erat, quam Variolarum Vaccinarum, cum jam die 12° crusta deciderat. Deinde Hiſpaniae Rex ut omnes infantes qui in Brephotrophio nec non in Charitatis Schola esſent,

cum materia Caprina inocularentur, curavit; et Menſe Julii anni proxime nunc elapſi, 14 huic operatione ſunt ſubmisſi (*q*).

§. XXXIII. Doct. VALENTIN qui Nancei medicam praxin exercet, multa quoque mammalia v. gr. Oves, Capellas, Cuniculos et Aſines materia Vaccina inſeruit (*r*); in omnibus hisce animalibus morbus Vaccinio fere ſimilis erat, ſed decurſus celerior. Lympha ex hisce animalium Variolis deſumta, in homines veras iterum producebat Variolas Vaccinas (*s*). Doct. DE CARRO Obſervator ille eximius, Oves quoque Vaccina lympha inoculare tantavit, non autem in iis pustulam Vaccinam producere potuit (*t*); ſed

(*q*) Vid. *The Medic. and phyſic. Journ.* of October 1803. pag. 340. ſeqq.

(*r*) Inſitione cum materia varioloſa vulgari quadrupedes morbo non affici ſatis probatum est, exceptionem autem locum habere videtur, in *Simeis*; Legimus enim in Diario a Cel. Hufeland edito (XII. Band. 1. St. ſ. 184.) duos caſus, in quo ſimia Virus Vulgari Varioloſo inoculata, Variolis Vulgaribus laborabat quod tamen Cel. Camper aliique, fieri posſe negaverant.

(*s*) Vid. *Geneesk. Magazijn.* II. Deel. 3. St. pag. 132.

(*t*) Vid. *The Med. and phyſic. Journ.* of May 1803. pag. 455.

sed cum forsan inserebat oves jam aegrotantes, (multae nimirum morbo laborabant dirissimo) et cum alii aliter observaverunt, res adhuc magis investiganda est. Inoculatione quoque in Ovium aegrotantium gregibus, cum materia ovium morbosa, optimo cum effectu instituerunt. Oves nimirum praecipue in Germania Helvetia atque Hispania morbo quodam dirissimo afficiuntur, quem Angli *the Rot* Galli *Clavelée* nostrates *Rotziekte (of Sterfte onder de Schapen)* dicunt, qui parvo temporis spatio, totam interdum gregem dirimit. Si morbus hic benignior est, pustulae oriuntur lympha sordida repletae, ex quibus aliae oves inoculari possunt, quaeque tum morbum patiuntur multo benigniorem, et numquam eo moriuntur; quod exprimentis satis demonstravit PESSINA, Veterinariae Prof. Viennae Celeberrimus *(u)*; Ab hoc Ovium contagio, homines etiam aliquando affici posse, narrat Doct. SACHSE *(v)*. Lympha Vaccina Canibus communicata, non pustulas Vaccinas pro-

(*u*) Vid. *The Med. and physic. Journ.* of May 1803. pag. 454 & 455.

(*v*) Vid. Hufeland's *Journ. der pract. Heilk.* XIII. Baud. I. St. f. 113.

producit, ſed longe alium morbum nempe plerumque letalem illum, quem Germani *Staupe* vocant (quae est vera peripneumonia). Si autem materia Vaccina inficiuntur canes, numquam hic morbus litalis evadit, et contra ſubſequentem hujus morbi infectionem muniti ſunt, quod multis experimentis probavit Doct. JENNER (*w*).

(*w*) Vid. Aikin *Kürze Darſtellung der wichtigſten die Kuhpocken betreffende Thatſachen aus dem Engliſchen von Dr.* Frieſe. Breslau 1801.

FINIS

THE-

THESES.

I.

Fluidum quodam, cujus naturam hucusque ignoramus, Nervos circumdare videtur.

II.

Foetus liquore Amnii nutritur.

III.

Non ex America Luem Veneream accepimus.

IV.

Licet Brunonianismus *multis adhuc difficultatibus laborare videatur, ea tamen huic ſysthemati non deneganda laus est, quod multas hypotheſes male fundatas ex Pathologia expunxerit, dum ad utilisſima experimenta et obſervationes egregias anſam dedit.*

V.

In Inflammationibus pasſivis, Opium omnino propinandum est.

V I.

Licet ſordibus gaſtricis, infarctibus, et obſtructionibus non tantum tribuamus, quantum illi, qui omnes fere morbos inde derivare ſtudent; tamen neque cum Brunonianis *noxas ſordium et infarctuum in Morbis denegamus, ſed indicationem gaſtricam in acutis ſaepe obſervandam eſſe defendimus.*

V I I.

Non ſemper Bilioſis Evacuantia conveniunt.

V I I I.

Ad Convulſiones compeſcendos atque ſiſtendos, haud raro Alcali optime conducit.

I X.

Morbi Infantum, qui Deutitioni difficili vulgo tribuuntur, raro ab ea dependere videntur.

X.

In nonnullis Oculorum morbis, ex aſthenia, Lux remedium.

X I.

XI.

In perforatione Membranae Tympani a Cel. ASTLEY COOPER *commendata, praeſtat ipſius Auctoris Inſtrumento uti, quam ex Cel.* ARNEMANNI *ſententia Acum,* PAMARDI *hastam referentem, adhibere.*

XII.

Num Vulnus letale ſit habendum, potius Medicorum investigatione, quam dierum numero definire potest.